

- sum, ut totidem verbis ex text. in cap. Sacris, de iis que
vi metusue causa, ait Voet in comment. ad Pandect. lib. 4.
 185 *tit. 2. num. 1.* Quocirca non est quod valide contrahi di-
 ci queat matrimonium coram Sacerdote hoc, cui licen-
 186 tia vi est concessa. Sin autem licentia sit metu concessa,
 non deest voluntas concedentis, & propterea sus-
 187 tineri potest, valide contrahi matrimonium coram sa-
 cerdote, cui licentia tum humana concessa est. De matrimonio
 vero coram sacerdote, cui dolo malo licentia ipsi ma-
 trimonio assistendi sit concessa, vide Perez de matrim.
 disp. 41. sect. 6. per tot. (verb. Metus.)
- 188 Sacerdos, cui concessa est licentia assistendi matri-
 monio, non secus ac Parochus valide potest assistere non
 solum in parochia, sed & extra eam, immo extra dioce-
 sim; Pontius de matr. lib. 5. cap. 9. num. 29. & 10. Pe-
 rez eod. tract. disp. 4. sect. 3. per tot.
- 189 Quod attinet ad conditiones, quæ matrimoniis ap-
 poni solent, hæc non aliter appositæ censentur, quam si
 coram Parocho & testibus exprimentur. Quocirca etiam
 190 si constet, quod antea contrahentes manifesta verit
 velle contrahere sub hac vel illa conditione, ipsam vero
 non expressissent coram Parocho & testibus, matrimo-
 nium pro puro haberi debet; Rot. inter impressas apud
 Ursayam tom. 2. de miscellan. decis. 37. num. 10. & in
 Posnaniens. seu Varsoviens. matrim. 26. Junii 1747. cor.
 §. 6. Emin. Bursio.
- 191 Apponi vero matrimonio haud potest conditio
 contra substantiam ipsius, & appositæ vitiat ipsum matri-
 monium; D' Avezan. de matrim. cap. 8. per tot.
- 192 Quid juris erit, si conditio impossibilis, vel turpis
 fuerit adjecta? Eam vitari & non vitari matrimonium,
 modo contra substantiam matrimonii non sit, definit
 Gregorius IX. in cap. final. de condit. apposit. D' Ave-
 zan. loc. mox citato; Perez de matrim. disp. 16. sect. 3.
 per tot. Vide & eum sequente sectione hoc ipsum argu-
 mentum exornantem. (tit. 4. part. 4.)
- 193 De conditione: si te virginem reperero: quid dicen-
 dum? Ita Rota de ea sensit in did. Posnaniens. seu Var-
 soviens. matrim. 26. Junii 1747. §. 8. seq. cor. Emin.
 Bursio: "Plane inquit, in subjecta materia communis
 hæcque, ac recepta apud Doctores invaluit distinctio,
 quod conditio isthæc in ipso actu celebrati matrimo-
 nii adjecta: si te virginem invenero, tum demum sus-
 tineatur, ubi, & quatenus de illius implemento cau-
 tum fuerit modo prorsus licito, ut nempe honesta fiat
 virginis exploratio per inspectionem matronarum,
 vel accuratam præmittatur inquisitio vitæ, ac morum
 puellæ; eoque casu adeo tenet ejusdem conditionis ad-
 jectio, ut si hæc defecere comperitur, matrimonium
 utrumque in faciem ecclesiæ celebratum ob cessantem
 mutuum utriusque contrahentis consensum dissolvi pos-
 sit &c. Secus tamen est, vel quoties eadem conditio
 adjectatur circa explorationem virginis faciendam
 per copulam & inspectionem ab ipso conjugè pera-
 gendam, aliosque modos illicitos, & inhonestos, vel
 quoties nullo designato modo adjectæ conditionis pu-
 rificationem assequendi, nec non una cum licita puel-
 181 læ inspectione, severa morum inquisitione prætermis-
 sa; vir pluries cum uxore concubuit, & matrimonium
 consummavit; in his enim terminis nemo dubitat, quin
 182 hujus generis conditio veluti turpis, & illicita pro non
 adjecta reputetur, veitumque sit viro assertum pro-
 ponere defectum virginis; adeo ut posthabito dictæ
 conditionis impedimento, conjugis que conjunctionibus,
 partes Judicis esse debeant in matrimoni dissolutione
 183 firmiter deneganda."
- (Licet remissiones, quarum hic fit mentio, suffice-
 rent, ut præcedentia pene omnia astruantur, & quæ
 postea verb. Sponsalia: includantur, non est tit. 1. p. 4.
 obliuiscendum; pro nunc ejus leges breviter pertingam:
 duodecim complectitur. In præmio cum leg. prima spon-
 184 salia quid sint, declaratur: per se à quolibet possunt
 celebrari, sive per Procuratorem: quoniam licita esse spon-
 salia, per secundam decernitur: (Vid. lit. A pag. 136.
 col. 2. in add. nov.) Per tertiam numerantur sponsalia,
 que quavis conjugum videantur; tali sub astimatio-
 ne non cadunt, si sub conditione, in alterius arbi-

trio, vel per verba de presenti inter impuberes sep-
 tennio majores detur promissio: Per quartam matrimo-
 nium per consensum contracti visignatur, & per concu-
 bitum proponitur differentia quantum ad dissolutionem
 utriusque & bigamiæ (Vid. verb. Bigamia) conceptum:
 In quinta tria sacramenta matrimonium consummationem
 continere, exponitur: unitatem animæ Deo conjunctæ
 secundæ Personæ SS. Trinitatis cum humana conjun-
 ctionem, ac unitatem Ecclesiæ cum Deo significat: In
 sexta ostenditur ætas, quam habere sponsi debent, &
 quando quatuordecim annorum in masculis, & duode-
 cim in feminis non impleta, subsistat sponsalia: In sep-
 tima à quo sunt sponsi ad eorum implementum compell-
 endi; per Ecclesiam fieri debet: Per octavam causæ no-
 væ recensentur quibus dissolvantur: Per nonam asseri-
 tur, quale subsistat matrimonium, si aliquis duobus,
 vel duo cum unica, idem celebraverit: Per deci-
 mam quando contrahantur sponsalia, si pater responde-
 rit, in matrimonio filiam suam collocare, designatur:
 Dum pater aliquam ex eis offert, nec acceptanti sibi pla-
 ceat quæ demonstratur, quid observandum per undeci-
 mam comprobatur: Per duodecimam impedimentum ex
 sponsalibus proveniens præfigitur.

Adnotationis remissio, huic verb. subjecta, & inci-
 pit præscindendum: satis quamquam demonstrat quæ, ut
 matrimonia ab omnibus celebrentur, debent præcedere:
 nihilominus aliqui amplius hic notabunt, eo quod,
 dum additiones illuc appositæ fuerit typis demandata,
 nec præ manibus aliquæ determinationes habebantur,
 aut alia in lucem publicam edita. Iterum recognosce
 reg. præmatic. lit. E pag. 366. insertam: postea reg.
 Sched. 17. Jun. ann. 1704. lit. D pag. 59. col. 1. nunc
 equidem subnectere est opportunum per reg. Sched. 31.
 August. ejusd. ann. determinatum, ideo causa expeditionis
 signatur: Nobilis quidam adolescens, cujusdam col-
 legii alumnus abque paterno consensu sponsaliorum ins-
 trumentum in filia favorem certæ personæ, humilis con-
 ditione, in eodem loco, ubi ille, domicilium habentis,
 cum confesisset, simul atque ad patris ejusdem aures per-
 venit, supplices libellos ad regiam detulit, ut rescinderet
 omnino dictam conventionem dignaretur: quam ob rem,
 de omnibus regis animus edocuit, certiorque effectus,
 juvenem esse seductum, decessit, cetera præjudicia ut
 sequentibus ætatibus vitarentur, similium alumnorum
 neminem, sub immediata regia protectione viventium,
 posse de cetero matrimonio copulare, seu contrahere,
 neque eidem se obstringere, regia amentia nisi interce-
 dente, ut militari servitio dicatis evenit, penas in con-
 traventores directæ, ut indirecte cooperantes in pec-
 tore reservatas, stabiliendo; hac dispositione regia vo-
 luntas contenta non extitit, eo quia necessarium judica-
 batur, ad alios casus tam salutarem decisionem proten-
 dere quæ successivis temporibus, ac utriusque sexus ju-
 venum distractionibus antidotum præberet, ideo eadem
 determinatione feminarum omnia collegia, regis sub
 auspiciis suscepta, non solum comprehenduntur, verum
 etiam in universitatibus, seminariis, ceterisque edu-
 cationis domibus, publica erectis auctoritate, sive mas-
 culæ fuerint, femineive sexus, existentes: discrimine
 dumtaxat attento quod absque prædicto assensu, aut eor-
 um à quibus iste conferendus, nullo in tribunali con-
 tracta horum sponsalia sunt admittenda: in reliquis ve-
 ro venia Principis sit intercedit.

Huc accedit alia 28. Octob. ejusd. an. 1784. expedita
 per quam consentaneum fuit judicatum, facultates dele-
 gare, ut in prædictis universitatibus, seminariis, ac
 educationis domibus consistentes possent matrimonia ce-
 lebrare: idcirco si de seminariis conciliaribus agitur, à
 RR. Archiepiscopis & Episcopis, si de universitatibus à
 Regio Senatorio directioni (Vid. lit. M. pag. 11. col. 1.
 in reg. Sched. 14. Mart. an. 1769.) earum incumbente,
 si de collegiis, aut educationis domibus à Protectore re-
 gio, consilii supremi Castellæ Gubernatore pro tem-
 pore existenti, illo deficiente, ad sponsaliorum contrac-
 tum venia præter paternam venit expenda: his omni-
 bus sunt supplices libelli remittendi: ceterum Rectores
 studii generalis de ea re perfecte & omnino dictum mo-

detatore edocebunt; de collegiis militariibus, nobilium
 seminariis, aliorumque utriusque sexus, regii patrona-
 tus, nemini facultas ad similem veniam concedendam
 elargitur: semper regis animus est expectandus.

Regiam schedulam 23. Octob. ann. 1785. hic insere-
 re multum conducit: mente est retinendum quod per
 aliam lit. D. pag. 120. manent positum: in hac equi-
 dem decretum existit, filiasfamilias, nisi parentes, cete-
 rive certiores fuerint effecti, ex eorum domibus extrahi
 non debere nec deponi; aliudve quidquam in effectum per-
 duci, interea quod assensus, aut Judicis determinatio,
 asserens, patrem, reliquosve in non concessione veniæ
 ad contrahendum non bene se gerere, in ecclesiastico
 haud presentetur prætorio; in illa præcedens declaratur,
 eo, quia, cum quædam filiafamilias extra matris suæ do-
 mum esset constituta, ut sponsalia, postquam super non
 convenienti ejusdem dissensu erat provisum, contracta
 ad matrimonium reduceretur de modo procedendi ante
 regiam personam mater querellam suam interposuit:
 fuit, omnibus rite perpenis, determinatum deposita
 propter libertatis defectum, seu ad eamdem inquirendam
 à Judice à quo, recursus qualitate inspecta & conside-
 rata, cognosci debet, esse expedienda: quare, si judi-
 cium super justitia, aut injustitia dissensus fuerit incep-
 tum, Judex secularis, ut filiafamilias in depositum per-
 maneat, providebit: de sponsalibus, eorumque adim-
 plemento vero cum causa ortum duxerit, sive cogniti-
 onem acceperit, Judex ecclesiasticus, lite à seculari su-
 per dissensu terminata, depositum decernet, eam instruet,
 & brachii secularis in eorum executionem (Vid. add.
 his. verb. Forum, vers. Quidquid sit: in fin.) auxilio
 implorato, usque ad diffinitivam in ea procedet.)

MATUTINUM.

SUMMARIUM.

- 1 *Matutinum in Cathedrali debet recitari de mane, non autem Vespere pro sequenti die.*
- 2 *In aurora, vel circiter.*
- 3 *Nisi dispensetur, ut dicatur, Vespere pro aliqua necessitate.*
- 4 *Vel tempore hyemis.*
- 5 *Vel propter aeris intemperiem.*
- 6 *Episcopus enim potest concedere, ut Canonici ob aeris intemperiem valeant horam matutini protrahere.*
- 7 *Tolerandum est quod Canonici tribus mensibus anni frigidioribus recitent diebus ferialibus Matutinum in Sacristia.*
- 8 *Canonici absentes à matutino non lucrantur correspondentes distributiones per interessentiam contioni in habitu canonicali, quamvis quoad hoc inoleverit consuetudo.*
- 9 *Matutinum recitandum est nocturno tempore, si adsit consuetudo; secus vero & alii legitime impediti si interesse non possunt, lucrantur distributiones quotidianas.*
- 10 *Matutinum, quod secundum regulam Ordinis recitari debet media nocte, conceditur ut possit ex causa recitari hora adæqua nocte.*
- 11 *Matutinum, quod recitabatur media nocte, conceditur Monialibus S. Catharinae Senensis, ut possit recitari hora prima noctis ob aeris intemperiem, & adversam valitudinem Monialium.*
- 12 *Matutinum, quod media nocte à Clero cathedralis ecclesiæ recitari consueverat, ut in futurum albescente die cantari possit, ex causis narratis fuit concessum.*
- 13 *Matutinum quod recitari solebat à Canonici una hora post ortum solis, non est ante ortum solis inchoandum.*
- 14 *Matutinum defunctorum, non vespere pridie, sed ipsamet die commemorationis omnium fidelium Defunctorum post laudes recitari debet: Vide tamen novissimum decretum.*

15 *Matutinum potest etiam sine causa dividi tota nocte à Laudibus.*

16 *Immo multi dicunt id esse etiam laudabile.*

17 *Quando matutinum dividitur à laudibus, debet in fine addi Pater noster, & probabilius etiam addi debet oratio diei sine tamen aliis commemorationibus.*

18 *Probabilius est etiam, quod initio laudum diversarum non debeat dici Pater, & Ave.*

19 *Matutinum & laudes non recitare ante celebrationem missæ, multi tenent esse peccatum mortale.*

20 *Plurimi autem communius, & verius id negant.*

21 *Immo multi volunt, nedum non esse peccatum mortale, sed nequidem esse veniale, quando adest causa rationalis.*

22 *Quinimo aliqui dicunt per se loquendo nullum esse peccatum.*

23 *Probabilius tamen est per se loquendo, & sine rationabili causa esse peccatum veniale.*

24 *Matutinum sequentis diei, si absque causa dicatur ante absolutum officium diei presentis, peccatur venialiter.*

25 *Si autem fiat ex causa, nullo modo peccatur.*

26 *Per unicam recitationem matutini, & laudum non potest satisfieri obligationi pro die presentis, & sequenti.*

27 *Qua hora pridie inchoari possit matutinum remissive.*

28 *Qui recitat matutinum pro feria secunda sequenti ante solis occasum diei Dominice, non debet gemistitæ ad Antiphonam finalem B. M. V. debet tamen gemistitæ, si illud recitet post solis occasum.*

29 *Alia ad rem scitu digna exhibentur, ad num. 33.*

34 *Afferretur prodigiosus eventus in Matutino à nostro B. Joann. Parmensi una cum demonibus persoluto.*

35 *Alia ad rem, remissive.*

36 *Subnectuntur Supplementa Auctoris, ad num. 38.*

MATUTINUM in cathedrali debet recitari de mane, non 1
 autem vespere pro sequenti die. Sac. Congreg. Episcop. & Reg. in Vercellensi 25. Novemb. 1578. & in Arina
 18. Octobr. 1595. apud Nicol. in floscul. verb. Matuti-
 num num. 1. in aurora, vel circiter. Ead. Sac. Congr.
 in Cænat. 3. Dec. 1602.

Nisi dispensetur, ut dicatur vespere pro aliqua
 necessitate. Ead. Sac. Congr. in Dertonen. 16. 4
 Octob. 1605. Vel tempore hyemis. Ead. Sac. Congr.
 in Salernitana 30. Septembr. 1616. Vel propter aeris in-
 5 temperiem. Ead. Sac. Congreg. in Ferrariens. 4. Aprilis
 1628. Episcopus enim potest concedere, ut Cano-
 6 nici ob aeris intemperiem valeant horam matutini pro-
 trahere, prout pro tolerantia respondit Sac. Congr.
 Conc. in Trojana 14. Febr. & 14. Nov. 1699. favore Ca-
 pituli Civitatis Foggia.

Tolerandum est, quod Canonici tribus mensibus an-
 7 ni frigidioribus recitent diebus ferialibus matutinum in
 Sacristia. Sac. Congr. Episc. & Reg. in una S. Severini
 13. Septembr. 1641. apud Nicol. in flosculis, verb. Of-
 ficium num. 19.

Si in ecclesia cathedrali inoleverit ab immemorabili 8
 tempore, ut Canonici, quibus diebus habetur concilio
 in ipsa ecclesia, audiendo concionem in habitu cano-
 nicali, lucrantur distributiones, quæ dantur matutino
 interessentibus, licet recitationi dicte horæ matutinae
 non interfuerint, hujusmodi consuetudo non excusat
 Canonicos in conscientia ab onere restituendi. Sac.
 Congr. Concil. in Vicentina ad cap. 12. sess. 14. de re-
 form. die 7. Febr. 1643.

Matutinum, seu matutinæ horæ recitandæ sunt nocturno 9
 tempore, si adsit consuetudo; secus vero, & alii
 legitime impediti, si interesse non possunt, lucrantur
 distributiones quotidianas. Sac. Congr. Rit. in Mazarien.
 20. Decembr. 1601.

Matutinum, quod secundum regulam Ordinis re- 10
 citari debet media nocte, ut ex causa recitari possit ho-
 12

ra octava noctis conceditur. Sac. Congr. Rit. in causa ci-
vitaris Angelorum, sive in Tlascalan. in Indiis Occidentia-
lib. 12. Nov. 1605.

- 11 Matutinum, quod recitabatur media nocte, ut pos-
sit recitari hora prima noctis ob aeris intemperiem &
adversam valetudinem monialium, conceditur Moniali-
bus Sanctæ Catharinæ Senensis. Sac. Congreg. Rit. in
Tlascalan. in Indiis Occidentibus 10. Junii 1609.
- 12 Matutinum, quod media nocte à Clero cathedralis ec-
clesiæ recitari consueverat, ut in futurum abscedente die
cantari possit, ex causis narratis fuit concessum. Sac.
Congr. Rit. in Orceon. 21. Jun. 1609.
- 13 Matutinum, quod recitari solebat à Canonicis una
hora post ortum solis, non est ante ortum solis inchoan-
dum. Sac. Congr. Rit. in Asculan. 1606.
- 14 Matutinum defunctorum in festo omnium Sanctorum
ad vesperam recitandum non est, sed ipsamet die com-
memorationis omnium fidelium defunctorum post Lau-
des diei recitari debet. Sac. Congr. Rit. sub die 1. Sep-
tembris 1607. & 22. Januarii 1601. Vid. in tom. 10.
decreta Sac. Rit. Congr. die 14. Septemb. 1745.
in Ratispon. editum fuit sequens decretum: "Privata com-
memoratio defunctorum recitatio pro generali illorum com-
memoratio absolvi licite potest post vesperinas hor-
ras festi omnium Sanctorum: in choro autem juxta
Rubricas adimplenda est mane die 2. Novemb. nisi ut
possint, contraria jam faceret consuetudo." Vide citata
decreta sub num. 1201.
- 15 Matutinum potest etiam sine causa dividi tota nocte
à Laudibus, Bonart. lib. 1. cap. 17. Stoz lib. 1. part. 3.
num. 410. La-Croix lib. 4. num. 1405. Sporer tom. 3.
append. cap. 2. num. 138. & alii passim. Immo id etiam
laudabile esse dicit Navar. Suarez, Sanchez, Filliuc.
16 Tamburin. Pellizar. alique multi apud La Croix loc. cit.
Quando Matutinum dividitur à Laudibus, debet in fine
addi *Pater noster*, & probabilis etiam addi de-
bet oratio diei sine tamen aliis commemorationibus;
Navar. Lezan. Bonacin. Gavant. Diana part. 5. tract. 14.
resol. 48. & alii contra Sanchez, Bonart. Pellizar.
Stoz. Gobat tract. 5. num. 672. Lolmer de horis ca-
nonicis part. 2. tract. 1. §. 11. cum La Croix loc. cit.
num. 1305. qui vere probabiliter dicunt non esse opus
addere orationem diei, cum id specialiter tantum in
nativitate Domini præcipiatur. Probabilis est etiam,
quod initio laudum divissarum non debeat dici *Pater*
& *Ave*, quia nullibi præscribitur, & nec dicitur in-
itio Completorii, quamvis sit distincta; Bonacina, Azo-
rius, Tamburin. & alii cum La Croix loc. cit. Est tamen
consultum, & laudabile illa dicere.
- 19 Matutinum & Laudes non recitare ante celebrati-
onem missæ esse peccatum mortale tenent S. Antoninus,
S. Raymundus, Amilla, Tabien. Angel. Navar. Mar-
jol. Antonin. Bernard. Petr. Boll. Melchior. de Hullan,
Ludovicus Beja, Michael Timoth. Lælius Zech. Ste-
phanus Durant. Bartholomæus ab Angel. Jacobus de
Graffis, Henriquez, Petigim, Azorius, Card. Bellarm.
Francolin. Homobonus, Gavant. apud Barbosam de of-
fic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 24. num. 15. vers. Li-
cet affirmativam opinionem: Et novissime hanc sententiam,
nempe esse peccatum mortale, mordicus tenet, &
pluribus adductis defendit Monacell. tom. 2. tit. 16. for-
mul. 1. num. 3. & 6. ubi cum verbis Gavant. comment. in
rubr. missæ part. 2. tit. 1. lib. B. referentis S. Antonin-
um & S. Raymundum pro sententia, inquit: *Quid fa-
cies pie Lector in re tam dubia, in qua totidem sunt hinc
inde Auctores pro affirmativa sanctorum, præterea vero
duo Summi Pontifices Innocentius IV. & Pius V. qui col-
locavit hunc inter defectus graviores? Ego certe tutiorem,
que in rubrica est, sequor sententiam: Et tursus tom. 4.
supplement. ad 2. tom. 4. num. 278. ad num. 282. inclusi-
ve pluribus additis ipsam propagat, & infra num. 419.
subdit: Tu autem tene cum veteri sententia, quod sit mor-
tale, & quod contraria opinio Auctoris, & sequacium vi-
detur periculosa ex rationibus, quas perpendimus in hoc
supplemento ad tit. 16. form. 1. num. 6. pag. 61.*
- Non esse autem peccatum mortale tenent Sotus, La-
mas, Medina, Vega, Joann. Baptista Conrad. Och. Lu-
dovicus Lopez, Emmanuel Sa, Petrus Aragonius, Scott.
Valent. Vasquez, Comitolus, Fr. Emmanuel, Mactign.
Bartholomæus à S. Fausto, Layman, Posevin. Bonaci-
na, Squillant. Fernandez, Villalob. Raphael de la Tor-
re, Diana, Lezana, Galet, Nugnius, Suarez, Fagun-
dez, Petrus de Ledesma, Naidus, Miranda, Camerona,
Lessius, Coninch, Molfesius ciati, & sequenti à Bar-
bosa loc. cit. num. 15. Reiffenstuel theolog. moral. tract. 6.
quest. 6. num. 7. Sanchez, Bassi. Balde. Victor, Castrop.
Illung. alique plurimi citati, & sequenti à La-Croix
lib. 6. part. 2. num. 23. Et hæc opinio est jam commu-
nior inter Doctores, & ut verior tenetur passim à re-
centioribus cum pluribus etiam ex antiquis; & ratio est,
quia non videtur tanta connexio inter matutinum, &
missam, ut non servans dictum ordinem prius reciandi
matutinum, & laudes ante celebrationem missæ, peccet
mortaliter; tum quia nulla lege reperitur sanctum
talem graviter peccare. Immo nedum non esse peccatum
mortale, sed nequidem esse veniale, quando adeo cau-
sa rationalis, licet omnino, v. gr. major commoditas
studij, vel itineris, tenent supradictos Doctores apud La-
Croix loc. cit. num. 250. Quinimmo Soto, Suarez, Tambu-
rin. & alii apud Gobat tract. 3. num. 1667. & La-Croix
part. 2. tract. 1. dicunt, per se loquendo nullum esse
peccatum, quia nullibi invenitur præceptum, nec vide-
tur esse specialis connexio, aut dependencia missæ ab
illis precibus, unde Marchant. & Quartus part. 2. tract. 1.
dicunt esse consilium, & quandam congruentiam, ut
ante celebrationem missæ recitetur matutinum cum lau-
dibus.
- Probabilis tamen est, per se loquendo, & sine rati-
onabili causa esse peccatum veniale, quia in rubricis
missalis tit. de præp. Sacerdotis celebrati §. 10. id nu-
meratur inter defectus peccaminosus; & merito quia
recitatio matutini, & laudum est recta, & optima præ-
paratio ad missam celebrandam, cum ex tali recitatione
advertat celebraturus, quas orationes & commemoratio-
nes facere debeat, & an *Gloria* vel *Credo* dicere? Sic
Aversa quat. 11. sect. 12. La-Croix loc. cit. num. 230.
ubi dicit se id tenere cum dict. Aversa, & aliis commu-
niter.
- Matutinum sequentis diei, si absque causa dicatur
ante absolutum Officium diei præsentis, peccatur venia-
liter: debet enim ordinate procedendo prius compleri,
& perfici obligatio hujus præsentis diei, quam inchoet
obligatio alterius sequentis, unde si sine causa per-
vertatur hic ordo, peccatur saltem venialiter. Suarez
de orat. lib. 4. cap. 24. num. 3. Diana part. 1. tract. 12.
resol. 15. Sanchez in cons. lib. 7. cap. 2. dub. 37. num. 6.
Castropal. tract. 7. disp. 2. punct. 4. num. 4. Stoz lib. 1.
part. 3. num. 385. La-Croix lib. 4. num. 315. Si autem
fiat ex causa, v. gr. si quis rogetur ab alio, ut secum
recitet matutinum diei sequentis, quamvis necdum re-
citaverit vesperas, seu completorium diei præsentis,
nullo modo peccat. Pellizar. tom. 1. tract. 5. cap. 8. n. 108.
cum alibi ibi citatis, La-Croix loc. cit. cum Bonacin. Go-
bat & aliis.
- Per unicam recitationem matutini & laudum non 26
potest satisfieri obligationi pro hac die præsentis, & pro
die sequenti; Alexander enim VII. die 18. Martii 1666.
inter alias merito expressè damnavit sequentem propo-
sitionem 35. in ordine: *Unico officio potest quis satisfacere
duplici præcepto pro die præsentis & crastina.*
- Quantum hora pridie vesperi inchoari possit matu-
tinum; habetur in tabella, quæ singulis annis in Kalendario
dari solet, & ubi non datur, potest observari ta-
bella, quæ anno 1706. proditit Romæ typis Cameræ
Apostolicæ, & traditur à La Croix lib. 4. part. nu-
mer. 1314.
- Qui recitat matutinum pro feria secunda sequenti 28
ante solis occasum diei Dominicæ, non debet genuflectere
ante antiphonam finalem Beatæ Mariæ Virginis. Ga-
vant. de fin. officii cap. 22. num. 18. Debet tamen ge-
nueflectere, si illud recitet post solis occasum, quia ritus

standi incipit à primis vesperis Dominicæ, & non à
media nocte, adeoque desinit in occasu solis ejusdem
Dominicæ more indulgentiarum. Idem ib.

- Matutinum in solemnitate Epiphaniæ incipitur ex
abrupto ab Antiphona, & psalmo, sine *Domine labia mea
aperies, invitatorio, & hymno*, quia Magi visa stella
statim venerant, muto nuntio, non loquente. Et omit-
titur invitorium ad detestandam fraudulentam Herodi-
dis invitationem ad Christum adorandum: *Ut & egove-
nient adorem eum. Matth. 2. num. 8.* Nec dicitur hym-
nus, quia perfectiorum est canere hymnos, conversio
vero gentium in solis Magis perfecta non erat. Ga-
vant. & Merati tom. 2. sect. 6. cap. 7. num. 3. Durand.
lib. 6. cap. 16. Belet. in explicat. Divinorum Officiorum
cap. 73. Alcuin. in Epiph. alii. Dicitur tamen in tertio
Nocturno psalmus invitatorius nonagesimus quartus,
Venite exultemus Domino, cum intercalari antiphonæ re-
petitione ad indicandum quod in tertio tempore, nempe
tempore gratiæ per tertium nocturnum significato suffi-
cienter invitata est ecclesia de gentibus per Magos, &
stellam, & successive per Apostolos, ita ut nullus ex-
cursari possit ab obligatione adorandi Christum, quia
in omnem terram exiit sonus eorum. Psalm. 18. num. 5.
Reperitur ideo sæpius Antiphona *Venite adoremus*, ut
confluant undique omnes. Gavant. & Merati loc. cit. n. 5.
Durand. loc. cit. num. 9. ubi etiam advertit, quod dictus
psalmus invitatorius dicitur ad septimam missæ an-
tiphonam, ad indicandum quod per Baptisma datur spiri-
tus septiformis. Infra octavam vero dicitur *Domine labia,
&c.* Invitorium, & hymnus, quia jam supponitur Ec-
clesia de gentibus sufficienter instructa, & perfecta ad
hymnos canendos, sicut invitatur ad ipsum in hym-
nis, & laudibus adorandum; Durand. loc. cit. Gavant.
& Merat. loc. cit. num. 4. & alii.

- Matutinum ultimi tridui majoris hebdomadæ inci-
pit absolute, sine *Domine labia, &c.* Invitatorio, &
hymno, ad obstruendum os Judæorum, potius quàm
laudes, & hymnos, loquentium iniqua, & detestandum
eorum invitationem ad conciliabula contra Christum.
Sicut sine initio inchoamus matutinum, & alias ca-
nonicas horas, & sine solito fine absolvimus, quia in
horis canonicis hujus tridui celebramus exequias tri-
duas mortis Christi, & quia Christus moritur, Alpha,
& Omega, principium & finis. Rupertus lib. 1. cap. 14.
24. & 25. Alcuinus C. In Cena Domini, Gavant. & Me-
rati loc. cit. cap. 13. num. 4. & 5. ac alii.

- Ad Matutinum Paschatis sicuti ad alias horas non
dicitur hymnus usque ad Dominicam in Albis exclusi-
ve, quia tempus Paschale significat statum Beatorum,
quorum hymnus est *Alleluia*. Durand. lib. 6.
cap. 87. art. 2. Gavant. & Merati loc. cit. cap. 14. nu-
mer. 2. Neque dicuntur capitula, quia in statu Beato-
rum significato per Paschale, non est locus exhorta-
tionis, quæ continetur in capitulis. Gavant. & Me-
rati loc. cit. num. 3. & alii. Dicuntur tantum tres anti-
phonæ cum tribus Psalmis, ac tres lectiones cum tri-
bus Responsoriis, ad indicandum quod in nomine
Sanctissimæ Trinitatis institutum est Baptisma, cujus
formam post Resurrectionem suam Jesus Christus tra-
didit suis Apostolis dicens: *Euntes ergo docete omnes
gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spi-
ritus Sancti; Matth. 28. num. 19.* Unde ternarius
dictus numerus denotat magistrum, siquidem Chris-
tus ante traditam Baptismi formam, promisit ut su-
pra: *Docete omnes gentes, scilicet mysterium Trinitatis,*
quod in ternario illo numero significatur: *Et quia tres
sunt qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, &
Spiritus Sanctus, & hi tres unum sunt, 1. Joann. 5. n. 7.
& quia Isaiæ 6. num. 3. ter dicitur Sanctus, Sanctus,
Sanctus, & semel Dominus Deus exercituum, seu Domi-
nus Deus Sabaoth, hæc Personarum Divinarum Trinitas
bene notatur in trino numero antiphonarum, psalmo-
rum, lectionum, & responsoriorum; Unitas vero Deita-
tis significatur in uno solo nocturno hac die, & per oc-
tavam recitando; juxta illud S. Ambrosii lib. 2. de fide ad
Gratian. cap. 4. "Quid sibi vult sub uno nomine Sanc-
tissimæ trina repetitio? Si trina repetitio, cur una lau-*

datio? Si una laudatio, cur trina repetitio? Trina re-
petitio cur? Nisi quia Pater, Filius, Spiritus Sanctus
sanctitate unum sunt. Non dixit semel, ne Fi-
lius sequestraret. Non bis, ne Spiritum Sanctum
præteriret. Non quater, ne Creaturam sibi conjunge-
ret. Et ut ostenderet Trinitatis unam esse Deitatem,
scum tertio dixisset Sanctus, addidit Dominus Deus
Sabaoth." Sic colligitur ex Ruperto lib. 8. cap. 2.
Gavant. & Merat. loc. cit. cap. 14. num. 1. Vel ad tridua-
nam sepulturam recolendam, ex qua ortum habuit re-
surrectio Christi die tertia. Durand. lib. 6. cap. 87. Ga-
vant. & Merati loc. cit. Vel ad significanda opera trium
dierum, quæ Christus se promisit facturum in præ-
senti seculo, Luca 13. Hoc est demonia ejicere, sanities
perficere, & consummari tertia die. Aut ad significan-
das virtutes Fidei, Spei, & Charitatis, quæ in hoc
mysterio maxime vigent. Amalar. lib. 1. cap. 23. Gavant.
& Merati loc. cit. Hæc dicit, &c. loco prædictorum ad-
dicitur, & ritus hic desumptus est à psalmo, cui ti-
tulus est *Alleluia*. Rupertus lib. 7. cap. 11. Gavant. &
Merati loc. cit. num. 5. Et antiquum esse hunc Riturum
testatur, ac firmat Gregorius VII. in cap. In die 15.
dist. 5. de Consecr.

Ad Matutinum Dominicæ in albis resumuntur hym-
ni, & plures psalmi, sub unica tamen antiphona pro
quolibet nocturno ratione temporis Paschalis, quod to-
tum festivum est, & lætitiæ, ex ordine Romano hic, ubi
additur ratio dicendo, quòd deinde in sequenti tem-
pore quasi crescentium arborum frondes multiplicatur
psalmi, & recoluntur mores boni diversorum operum
per plures psalmos. Et idem dicit de novem Lectionibus
in hac Dominica, Gemma lib. 4. cap. 177. Sic Gavant.
& Merat. loc. cit. cap. 15. num. 1.

Ad Matutinum Dominicæ Pentecostes, & per oc-
tavam dicitur unum tantum nocturnum cum tribus an-
tiphonis, tribus psalmis, tribus Lectionibus, & tri-
bus Responsoriis, ex Ordine Romano, & Gregor. VII.
cap. In die 15. distinct. 5. de Consecration. ut in Pas-
chate Resurrectionis. Et ratio est, quia ex hoc ternario
numero, ultra dicto pro die Paschatis, & per
ejus octavam, ostenditur Spiritum Sanctum tria circa
Apostolos operatum fuisse, nam veteres innova-
vit, innovatos confirmavit, & confirmatos ad alios con-
vertendos misit, ut exponit Durandus lib. 6. cap. 107.
sub num. 4. & sequuntur Gavant. & Merat. loc. cit. 106.
& alii.

Hic juvat afferre prodigiosum eventum in matuti-
no, à B. Joanne Parmensi Ministro Generali totius
nostri Seraphici Ordinis persoluto una cum demoni-
bus, Deo sic præcipiente, ipsum hospitio recipienti-
bus. Cum Sanctus Generalis visitaret ultramontanas
provincias, contigit brumali tempore cum errore ite-
neris tota die deviasse, atque in desertum medisque
silvis ingruentem noctem sustinuisse. Unde ipse, &
socii se variis orationibus Deo, Beatæ Mariæ Virgi-
ni ac Beati Patri Francisco se commendantes audie-
runt pulsari campanam, quæ excitati magis in divinis
laudibus ad sonitum perrexerunt, & perventi ad Mo-
nasticum sibi visum Conventum pulsatissimo, præsto
obviam sunt quasi ex conducto expectantes plures Mo-
nachi, qui prompte receperunt hospites, ducunt ad ignem,
lavant pedes, exsiccant vestimenta, apponunt canam,
& externum lectos, omnia ministrant neces-
saria magna alacritate; post primam vigiliam surre-
xit Generalis ad orationem, & audita campana Mo-
nachos ad matutinum convocante, ad chorum cum ip-
sibus convenit relictis sociis, qui somno, & fatigatione
detinebantur. Officium incepturus hebdomadarius, nec
consuetus usus est cæremonia, nec ordine, nec versu-
culo *Domine labia*, sed abruptum, & cum turbatione
inceptit ab illo versu Psalm. 35. num. 13. *Ibi ceciderunt,
qui operantur iniquitatem.* Respondit Chorus: *Expulsi sunt,
nec poterunt stare.* Tertio id ipsum repetitum, quod suspitionem ingressi Fratri Joanni
Generalis. Præcepit igitur in virtute passionis Christi,
& Sanctissimæ ejus Nominis, ut ocyus edicerent
quinam essent? Respondit qui Abbas loco videbatur præ-

præse: Omnes esse Angelos tenebrarum, qui ex divino precepto inviti missi sunt ad ministrandum ea nocte ipsi, & sociis, precibus, inquit, Matris Dei, & illius vexilliferi Patris vestri. Quibus dictis totum evanuit, quod ibidem structum cernebatur; se autem cum sociis in memorato antro, atque in nuda humo inventi Generalis, & excitiis sociis, in laudibus divinis reliquam noctem usque ad auroram quæ jam instabat, vigiles duxerunt, & surgentes, iter progressi, ad Convantum Ordinis pervenerunt. Simile quid contigit in meritum Obedientiæ duobus Fratribus apud Perusium missis. Sic expresse refert Wadingus novissime Romæ impressus, typis Rochi Bernabo tom. 3. fol. 172. num. 5. ad annum Christi 1247.

- 35 * Attendendæ sunt sequentes resolutiones. In una enim Mutinensi sub die 12. Novembris 1654. Sacra Congregatio Concil. censuit, petitam facultatem recitandi Matutinum, esse Orationibus concedendam post Completorium præcedentis diei, pro arbitrio tamen Episcopi, & dummodo lapsa sit hora tertia post meridiem. Et semper requiri arbitrium, seu licentiam Episcopi, habetur novissime decisum à Benedicto XIII. in suo Brevis sub die 8. Julii 1726. contra Capitulum Papiense. In Inerammen. sub die 24. Maji 1674. fuerunt ab Episcopo proposita, & à Sac. Congr. Concil. resoluta sequentia dubia.

In Visitatione suæ Cathedralis Ecclesie reperit Dominus Episcopus Interamnensis nonnullos abusus circa servitium Chori, quos cum eliminare cupiat, supplex quaerit ex hac Sac. Congreg. An tolerandum sit.

Primo, quod diebus festis Matutino præsentibus habeantur, ac proinde punctis non multentur, qui non nisi absoluto primo Nocturno, videlicet post Psalmos tres, totidemque Lectiones recitatas, Choro intersint.

Secundo, diebus vero ferialibus, qui non nisi absolutis sex Psalmis.

Tertio, quod sacris Processionibus distributiones assignate non sint, sed contra contumaces poena dumtaxat trium librarum cere constituta, quæ nunquam exigi consuevit.

Quarto, & an prænaratus modus interveniendi possit etiam ratione consuetudinis immemorabilis tolerari?

Sacra &c. Ad primum respondit non esse tolerandum. Idem ad secundum respondit. Ad tertium respondit exigendam esse poenam præscriptam. Ad quartum, non suffragari contrariam consuetudinem.

- 38 Matutinum non est segregandum à Laudibus sine causa, quæ optima suppedit Ecclesie sejungenti Matutinum à Laudibus Noctæ Natalis Domini. Instit. Eccles. 24. §. 9.

- 39 Peccat etiam venialiter, qui sine legitima causa horam non servat, ut ex D. Thoma, ibidem, §. 9.

- 40 Horam recitandi Matutinum die præcedenti incipit post exactas tres quartas partes diei, ut in Calendario Romano adnotatum est. Ibid. §. 10.

Alia ad rem: Vide verb. Officium Divinum. *

MAUSOLEUM.

*** Locus ille, ubi cadaver humatur, diversis nominibus appellari consuevit, nempe cæmeterium, polyandrum, monumentum, arca, tumulus, mausoleum, sarcophagus, ergastulum, cenotaphium, sedes, domus æterna, sedes sacra, quies, & de singulis probant singillatim Franciscus Maria Samnelius in Praxi de sepult. tract. 5. disp. 1. contrav. 3. Murga tom. 1. disp. quis. mor. tract. 3. in præmio. Mausoleum proprie est sepulchrum Principis, dictum à Mausolo Rege Carie, de quo Jul. Lavorus, de prisco funerandi more, cap. 6. num. 12. ***

MEDIATORES LITIS.

*** MEDIATORES litis & negotii sunt qui negotiis, quæ per medias personas agi solent, operam dederunt. Sic Cicero lib. 1. de Offic. Alii ab aliis hujusmodi Mediatore accipi videntur; aliqui enim pro conciliatoribus, & proxenetis contractuum, alii pro illis accipiunt, apud quos res litigiosa deponitur; & Cuiuslibet lib. 8. observ. cap. 13. motus auctoritate Harmenopoli lib. 1. prompt. cap. 6. pro arbitris accipit. Ut cumque vero sit, constat, hujusmodi mediatore cogi non posse ad testimonium dicendum, ut ex Novella 90. Justiniani; cap. Quoniam; ratio est quia cum cognitores ipsius, negotii & executores fuerint, æquum non est, ut testimonium proferant in causa, cui patrocinium præstiterunt. Sed de hoc fusius Auditor noster verb. Testis. ***

MEDICUS.

SUMMARIUM.

- 1 Medicus tenetur ante omnia suadere infirmis Confessionem peccatorum.
- 2 Medicus nullus potest Doctoratum accipere, nisi juret se observaturum, quod ultra tertium diem non visitabit infirmum, nisi hic vocet ad se Confessarium, nisi rationabilis causa excuset.
- 3 Et si ultra tertium diem continet visitationem, & curam infirmi nondum confessi, subiacet excommunicationi majori late sententia, Summo Pontifici, & Episcopis locorum privative, & respectivo reservate, aliisque gravissimis poenis.
- 4 Medici, & Chirurghi à Communitate conducti tenentur gratis curare Ecclesiasticos utriusque Cleri, prout alios cives.
- 5 Non solum persona ecclesiastica, sed nec etiam alii viventes earum expensis, & in earum domibus tenentur ad contributionem pro salario Medici.
- 6 Medici tenentur curare gratis pauperes infirmos.
- 7 Medici, sive Physici, sive Chirurghi, non possunt inire societatem cum aromatariis.
- 8 Medici Judæi non possunt à Christianis vocari in suis infirmitatibus, nisi nullus alius adsit, vel excellens sit aliquis in eis.
- 9 Medicus confugitus exiens ad curandum Ordinarium sub cautione sibi ab ipso facta, debet omnino restitui.
- 10 Medicus inquisitus compositionis venenata, ac multum popinata, mandante Sanctissimo, extrahitur ab Ecclesia, & retinetur in carceribus nomine Papæ.
- 11 In causa mortis ex veneno secuta Sanctissimus dat facultatem examinandi Sacerdotem Medicum, & consignandi examen Curie seculari absque incurso Irregularitatis.
- 12 Medicus Monialium non debet esse minor quinquaginta annis, ubi Medicorum penuria non adest.
- 13 Medici, & Chirurghi ordinarii debent habere licentiam generalem ingrediendi clausuram etiam de nocte in casibus urgentis necessitatis, in aliis non ordinariis requiritur specialis.
- 14 Debent tamen associari, eisque assisti cum infirma tractantibus.
- 15 Medicus extraordinarius permitti non debet Monialibus, nisi in gravi infirmitate.
- 16 Et quando ordinarius non invenit remedium, vel est impeditus, ad num. 17.
- 17 In casu, quo Episcopus ex aliqua rationabili, & honesta causa extraordinarium concederet, medicamenta necessaria ab eodem ordinata solvenda erunt à monasterio, non autem à Monialibus, quæ opera Medici extraordinarii use fuerunt, ut respondit Sac. Congreg. Episcop. in comment. pro monasterio Sanctæ Margaritæ Terræ Lucani 11. Decemb. 1699. proponente Eminentissimo Colloredo, in qua nonnullis Monialibus prætebatur, quod medicamenta præscripta à Medico extraordinario deberent solvi sumptibus Monialium, quæ utebantur illius opera.
- 18 An, & quando Clerici, & Religiosi possint exercere artem medicinæ, aut chirurgiæ. Vid. verb. Clericus art. 3. d. num. 77. ad 82.

dicamenta necessaria ab eodem ordinata solvenda erunt à monasterio, non autem à Monialibus, quæ opera Medici extraordinarii use fuerunt.

- 19 An, & quando Clerici, & Religiosi possint exercere artem medicinæ, & Chirurgiæ, remissive.
- 20 Medicus peritus promovendi potest ad Sacros Ordines, si conscientiam habet, quod ex sua causa aliquis non sit mortuus: Secus autem, si de morte alicujus ex sua causa eum sua conscientia remordeat.
- 21 Medicus tenetur sub gravi obligatione habere sufficientem scientiam, sive peritiam.
- 22 Medicus in Medicamentis applicandis tenetur sub gravi sequi sententiam certam, & securam, relictiis incertis, & dubiis.
- 23 Si autem medicamenta certa & secuta non occurrant, debet applicare probabiliora, & ratoria.
- 24 Potest tamen Medicus per accidens applicare medicamenta minus tuta, si nempe infirmus non possit, aut nolit medicamentis pretiosa solvere.
- 25 Medicus gravissime peccat, si solum experiendi gratia incerta, & inexplicata medicamenta applicet infirmo.
- 26 Si autem infirmus extreme laboret, & nulla sit spes de ejus salute, nec adsit nisi remedium dubium, tunc accedente consensu ipsius infirmi, vel ejus consanguineorum, potest Medicus illud applicare.
- 27 Medicus potest, vel non, applicare pregnantibus ea remedia, quæ possunt, vel non, licite sumere ipsæ pregnantibus, remissive.
- 28 Medicus graviter peccat, si suadeat infirmo aliquod remedium Dei nomine, vel præcepto contrarium.
- 29 Medicus de se nullam habet facultatem dispensandi in jejuniis, vel in eru carnis: Et si facile, & sine necessitate declarat aliquem non obligari ad jejuniis, seu abstinentiam carnis, peccat graviter.
- 30 Medicus quando peccat, vel non, abstrahendo eos, qui alios frequentant, remissive.
- 31 Medici sunt honorandi, & expenditur quo sensu poena sit incidere in manus Medici.
- 32 Subnoscuntur supplementa Auditoris, ad num. 44.

MEDICUS tenetur ante omnia suadere infirmis Confessionem peccatorum, aliis ipse Medicus ab Ecclesia arceatur: cap. Cum infirmis 13. de Penit. & remissionibus, & novissime id innovavit, & statuit Benedictus XIII. in Concilio Romano celebrato ann. 1725. tit. 32. de Penit. & remissionibus cap. 11.

Medicus nullum potest doctoratum accipere, nisi juret se observaturum, quod ultra tertium diem non visitabit infirmum, nisi hic vocet ad se confessarium, nisi rationabilis causa excuset. S. Pius V. constit. 3. incip. Super gregem: innovata à Benedicto XIII. loc. cit. Et si ultra tertium diem continet visitationem, & curam infirmi nondum confessi, subicit excommunicationi majori late sententia Summo Pontifici, & Episcopis locorum privative, & respectivo reservate, & possunt puniri etiam aliis gravissimis poenis. S. Pius V. in cit. constit. incip. Super gregem: & Benedictus XIII. in citat. Concilio Romano tit. 32. de penit. & remissionibus in appendice ad ipsum Concilium Romanum §. 28. Ordine ad Avertimentum intorno all' obbligazione de' Medici nella cura spirituale de' infirmi, ubi plura ad rem.

Medici, & Chirurghi à communitate conducti tenentur gratis curare Ecclesiasticos utriusque Cleri prout alios cives, sive salariam recipiant ex redditibus publicis, sive ex contributione taxæ per communitatem impositæ. In hoc tamen secundo casu potest Ordinarius perilliter, ut per Ecclesiasticos decur annua contributio, seu recognitio voluntaria, & proportionata. Sac. Congreg. Immunitatis in Anapbitana 9. Decemb. 1631. lib. 2. dec. Paulucc. pag. 105. in Spoliana 23. Augusti 1633. lib. 2. d. c. Paulucc. pag. 109. in Pamplonen. 9. Octobris 1635. lib. 2. dec. Paulucc. pag. 236. in Nazarenæ 5. April. 1661. lib. dec. Rocci pag. 329. & plura alia decreta refert ad rem Pignatelli. tom. 3. consil. 25. num. 5.

Non solum personæ ecclesiasticæ, sed nec etiam alii viventes earum expensis, & in earum domibus, tenentur ad contributionem pro salario Medici. Eadem Sac. Congreg. Immunit. in una civitatis Castellana 12. Decembris 1645. lib. 3. dec. Paulucc. pag. 266. in Ariminensi 4. Maji 1700. lib. 2. dec. Altoviti pag. 268. Pignatelli. cit. consil. 25. num. 5.

Medici tenentur ex præcepto charitatis gratis curare pauperes infirmos. Glossa communiter recepta in cap. Si quis 1. dist. 83. verb. Inferas, ibi: Medicus graviter tenetur curare pauperem infirmam, quia plus debet valere vita illius, quam propria pecunia. S. Antoninus 3. part. tit. 7. cap. 1. §. 1. ibi: Pauperibus non valentibus solvere gratis mederi debet, & non se ab eorum cura abstrahere, quia hoc esset indirekte occidere, mortem enim probatur languentibus inferre, qui hanc, cum potest, non excludit, quod Sanctus collegit ex dist. 83. §. Providendum.

Medici, sive Physici, sive Chirurghi, non possunt inire societatem cum aromatariis. Gregorius XIII. constit. incip. Cum officio: in articulo 1. §. 1. ibi: Medici Judæi non possunt à Christianis vocari in suis infirmitatibus, nisi nullus alius adsit, vel excellens sit aliquis in eis; & hoc præceptum à Parochis curandum est observari, & quolibet anno decretum hoc est publicandum. Concil. Sabinen. cap. 22. Gregorius XIII. constit. 64. incip. Alias: in articulo 1. §. 1. ibi: Medici confugitus exiens ad curandum Ordinarium infirmum sub cautione sibi facta ab Ordinario, nihil agendum fore contra ipsum, debet omnino restitui. Sac. Congreg. Immunit. in nullius Astini tertie Augusti 1694. l. 1. dec. Vallem. pag. 137.

Medicus inquisitus compositionis venenata, ac multum popinata, mandante Sanctissimo, extrahitur ab ecclesia, & retinetur in carceribus nomine Sanctissimæ suæ. Sac. Congreg. Immunit. in Ariminen. 7. Octob. 1676. lib. 1. dec. Altoviti pag. 1289.

In casu mortis ex veneno secuta Sanctissimus dat facultatem examinandi Sacerdotem Medicum, & consignandi examen curie seculari absque incurso Irregularitatis. Sac. Congregat. Immunit. in Tropien. 30. Mart. 1694. l. 1. dec. Vallem. pag. 114.

Medicus Monialium, non debet esse minor quinquaginta annis, ubi Medicorum penuria non adest. Sac. Congreg. Episcop. & Regul. in Ferrar. 7. Martii 1674. & in Januensi 14. Junii 1625.

Medici & Chirurghi ordinarii debent habere licentiam generalem ingrediendi clausuram etiam de nocte in casibus urgentis necessitatis, in aliis non ordinariis requiritur specialis. Sac. Congreg. Episcop. & Regul. in Ferrarien. 2. Julii 1599. & 13. Julii 1605. Debent tamen associari, eisque assisti cum infirma tractantibus. Eadem Sac. Congreg. Episcop. in Parmen. 26. Martii 1601.

Medicus extraordinarius permitti non debet Monialibus, nisi in gravi infirmitate. Eadem Sac. Congregat. Episcop. in Bonon. 8. Julii 1588. in Ferrarien. 6. August. 1601. in Januensi 14. Decembris 1605. & in Mediolan. 25. Maji 1611. Et quando Ordinarius non invenit remedium: Eadem Sac. Congreg. Episcop. in Januen. 13. Martii 1621. Vel est impeditus: Eadem Sac. Congreg. Episcop. in Portugall. 15. Martii 1646.

In casu, quo Episcopus ex aliqua rationabili, & honesta causa, extraordinarium concederet, medicamenta necessaria ab eodem ordinata solvenda erunt à monasterio, non autem à Monialibus, quæ opera Medici extraordinarii use fuerunt, ut respondit Sac. Congreg. Episcop. in comment. pro monasterio Sanctæ Margaritæ Terræ Lucani 11. Decemb. 1699. proponente Eminentissimo Colloredo, in qua nonnullis Monialibus prætebatur, quod medicamenta præscripta à Medico extraordinario deberent solvi sumptibus Monialium, quæ utebantur illius opera.

An, & quando Clerici, & Religiosi possint exercere artem medicinæ, aut chirurgiæ. Vid. verb. Clericus art. 3. d. num. 77. ad 82.

Medicus inquisitus compositionis venenata, ac multum popinata, mandante Sanctissimo, extrahitur ab ecclesia, & retinetur in carceribus nomine Sanctissimæ suæ. Sac. Congreg. Immunit. in Ariminen. 7. Octob. 1676. lib. 1. dec. Altoviti pag. 1289.

In casu mortis ex veneno secuta Sanctissimus dat facultatem examinandi Sacerdotem Medicum, & consignandi examen curie seculari absque incurso Irregularitatis. Sac. Congregat. Immunit. in Tropien. 30. Mart. 1694. l. 1. dec. Vallem. pag. 114.

Medicus Monialium, non debet esse minor quinquaginta annis, ubi Medicorum penuria non adest. Sac. Congreg. Episcop. & Regul. in Ferrar. 7. Martii 1674. & in Januensi 14. Junii 1625.

Medici & Chirurghi ordinarii debent habere licentiam generalem ingrediendi clausuram etiam de nocte in casibus urgentis necessitatis, in aliis non ordinariis requiritur specialis. Sac. Congreg. Episcop. & Regul. in Ferrarien. 2. Julii 1599. & 13. Julii 1605. Debent tamen associari, eisque assisti cum infirma tractantibus. Eadem Sac. Congreg. Episcop. in Parmen. 26. Martii 1601.

Medicus extraordinarius permitti non debet Monialibus, nisi in gravi infirmitate. Eadem Sac. Congregat. Episcop. in Bonon. 8. Julii 1588. in Ferrarien. 6. August. 1601. in Januensi 14. Decembris 1605. & in Mediolan. 25. Maji 1611. Et quando Ordinarius non invenit remedium: Eadem Sac. Congreg. Episcop. in Januen. 13. Martii 1621. Vel est impeditus: Eadem Sac. Congreg. Episcop. in Portugall. 15. Martii 1646.

In casu, quo Episcopus ex aliqua rationabili, & honesta causa, extraordinarium concederet, medicamenta necessaria ab eodem ordinata solvenda erunt à monasterio, non autem à Monialibus, quæ opera Medici extraordinarii use fuerunt, ut respondit Sac. Congreg. Episcop. in comment. pro monasterio Sanctæ Margaritæ Terræ Lucani 11. Decemb. 1699. proponente Eminentissimo Colloredo, in qua nonnullis Monialibus prætebatur, quod medicamenta præscripta à Medico extraordinario deberent solvi sumptibus Monialium, quæ utebantur illius opera.

An, & quando Clerici, & Religiosi possint exercere artem medicinæ, aut chirurgiæ. Vid. verb. Clericus art. 3. d. num. 77. ad 82.

20. Medicus peritus promovi potest ad sacros ordines si conscientiam habet, quod ex sua causa aliquis non sit mortuus, secus autem, si de morte alicujus ex sua causa eum sua conscientia romordeat, cap. Ad aures 7. de *estate & quali. &c.*

21. Medicus tenetur sub gravi obligatione habere sufficientem scientiam, sive peritiam, alias si absque sufficienti, ac requisita peritia gravem morbum curare tentet, graviter peccat; *communis*. Medicus in medicamentis applicandis tenetur sub gravi sequi sententias certas, & securas, relicti incertis & dubiis; *communis*. Si autem medicamenta certa & secunda non occurrant, debet applicare probabiliora, & tutiora; Navarrus cap. 25. num. 61. Sanchez lib. 1. mor. cap. 9. num. 40. & alii committit, quia ultra obligationem generalem charitatis, qua omnes tenentur meliori, seu efficaciori modo, quo possunt, auxilium ferre proximo graviter indigenti, habet Medicus speciale obligationem justitiae ex pacto saltem implicito inter ipsum, & infirmum de eo curando medius, & remediis probabilioribus, & certioribus. Potest tamen Medicus per accidens applicare medicamenta minus tuta, si nempe infirmus non possit, aut nolit pretiosa medicamenta solvere, quia in tali casu operatur secundum voluntatem, & conditionem infirmi; *communis*.

22. Medicus gravissime peccat, si solum experiendi gratia incerta, & inexplorata medicamenta applicat infirmo; *communis*. Si autem infirmus extreme laboret, & nulla sit spes de ejus salute, nec adsit remedium nisi dubium, de quo scilicet dubitatur, an sit profuturum, vel nociturum; tunc accedente consensu ipsius infirmi, vel ejus consanguineorum, potest Medicus illud remedium, seu medicamentum applicare, quia cum ex una parte vita infirmi jam desperata sit, ex altera parte sit aliqua spes, & adsit consensus aliquis in periculum illud accelerandae mortis, tunc infirmi negotium utiliter geritur, adeoque Medicus potest in tali casu illud medicamentum dubium, & periculosum habere; Layman lib. 1. tract. 1. cap. 5. Bonacina de peccatis disput. 2. quest. 4. punct. 9. Filiuc. tract. 2. num. 152. Spozet tom. 1. tract. 1. proamial. cap. 1. sect. 3. num. 59. & alii communiter.

23. Medicus potest, vel non, applicare praegnantibus ea remedia, quae possunt, vel non, licite sumere ipsae praegnantibus? Vide cap. Mater ad num. 1. ad 12.

24. Medicus graviter peccat, si suadet infirmo aliquod remedium Dei honori, vel praepcepto contrarium, v. g. incantationem, superstitionem, pollutionem, inebriationem, & hujusmodi; cap. Nec mirum 14. caus. 26. quest. 5. art. Ad hoc, cap. Cum infirmitatis 13. de penit. & remissionibus.

25. Medicus de se nullam habet potestatem dispensandi in jejuniis, vel in usu carnis, sed solum potest declarare uti alius vir prudens, an hic, & nunc aliquis obligetur ad praepceptum propter grave damnum, vel incommodum suae sanitatis. Et si facile, & sine necessitate declarat aliquem non obligari ad jejuniis, seu ad abstinentiam carnis, graviter peccat; *Communis*.

26. Medicus quando peccat, vel non, abstrahendo eos, qui alios frequentant? Vid. verb. Magister ad num. 14. ad 16.

27. Medici honorari debent; Ecclesiasticus enim, cap. 34. vers. 4. nos instruit, quod *Altissimus creavit de terra medicamenta, & vir prudens non adhorrebit, illa; ibid. v. 1.* inquit, *Honora Medicum propter necessitatem; etenim illum creavit Altissimus*, ac vers. 11. & 12. *Da locum Medico: etenim illum Dominus creavit, & non discedet a te, quia opera ejus sunt necessaria.* Quod Idem Ecclesiasticus vers. 15. testatur: *Qui delinquit in conspectu ejus qui fecit eum, incidit in manus Medici*, per id innuitur, quod qui perperam in conspectu agit Creatoris, incidit in morbos, circa quos occurrat Medicus: spiritu namque infecto peccatorum lue necesse est, ut corpus, cui regendo spiritus est accommodatus, languescat, vel etiam tabescat. *Psal. 53.* nos alloquitur Propheta: *Longe a peccatoribus salus, quia justificationes tuas non exquisierunt.* Hic peccata magis,

magisque discamus in horrore habere, ut Dominus, cujus est salus *Psal. 3.* elargitur perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, aut ut si infirmitas corpus afficiat, ea sit, quae virtutem perficiat.

* Medicos esse nimis faciles in suadenda peculiaribus personis observantia quadragesimalis relaxatione, & ideo gravissime super hoc monendos esse ab Episcopis, ne suas animas, sic indulgentes, nimis aggravent, statuit Benedictus XIV. tom. 1. Const. 130. incip. Libentissime §. 25. Quamvis ipsi severius consulere soleant, ubi agatur de universali dispensatione: Idem *ibid.* Medicorum sententiae exquirenda, eorumque attestations exhibenda sunt pro obtinenda dispensatione: Quadragesimae pro integra civitate, seu populo: Idem *ibid.* §. 24. & 25. Et ab ipsis varia observari oportet pro similibus faciendis attestationsibus, nempe discrimen inter morbos constitui, pro quorum aliquibus curandis nequimo quae requirunt, ut jusculum, & carnes, loco piscium, olei, & herbarum substituantur; in aliis vero juvare plurimum si sublati carnis, cum indicitur jejuniis, oleo, vel lacte aegrotantes utantur: Idem *ibid.* §. 25. (Vid. verb. Jejunium.)

Laei artem medicam vel chirurgicam exercentes ex praescripto suae artis, etiamsi aliquis aegrotus obierit, non tamen incurrit irregularitatem; atamen ad cautelam peiunt, & obtinent dispensationem si promovendi ad ordines sacros postulant. Verum ejusmodi breviter non conceduntur, nisi prius addito Episcopo, cui injungitur, ut distincte referat casus omnes animadversione dignos, eorumque peculiare circumstantias, simulque exponat, cujus rei gratia orator ad Ordines sacros promovendi postulat. *De synod. diae. lib. 13. cap. 10. §. 4. nov. edit.*

Sacros vero ordines jam obtinentes, vel etiam minores cum ecclesiastico beneficio, ex praescripto sacrorum canonum necessarii debent petere indultum, si medendi artem velint exercere. Hoc vero indultum non obtinetur, nisi exposita causa, nempe quod locus, in quo Orator degit, & profiteri cupit, vel sit sine desitutis, vel non satis illi provisum sit ex Medico laico, vel henique ejus familia tanta sit egestas, ut providendum illi sit ex honesto lucro ab arte Clerici percipiendum. *Ibid.* §. 6.

Regulares vero in Missionibus agentes privilegio donantur, ex Bulla potissimum Clementis VII. incip. Cum sicut: ut possint exercere artem medicam. Hoc tamen privilegio frui non possunt nisi in ea arte sint periti, & gratis remedia praescribant, ac tandem abstante ad incisionem, & adustionem. Denique requiritur, ut non adsint Medici laici, vel sint quidem, ac haereticis, vel herbrai, ut ex decret. Congr. de Propaganda Fide. *ibid.* §. 7.

Regulares ex instituti sui ratione hospitalium curam & administrationem obtinentes, medicam artem exercere non possunt extra illa hospitalia. *Ibid.*

In praedictis indultis apostolicis Monachis vel Clericis concessis semper apponitur haec limitatio: *absque incisione & adustione. Ibid.* §. 8.

Clerici secularibus sacris ordinibus insignitis, si concessum fuerit indultum, ut provideant familiae indigenti, illud durat quoad usque Orator certos ecclesiasticos redditus, vel residentiale beneficium obtinuerit.

Insuper affertur limitatio, ne quid exposit ab aegrotis, neque enim ecclesiastico seculari Medico prohibetur, ut sponte oblata recipiat, praeterquam a veris egenis, a quibus nihil penitus potest accipere. *Ibid.* Regularibus vero indultis semper datur cum modificativa, ut nihil ab aegrotis recipiant. *Ibid.*

Porro indulta illa Ecclesiasticis, vel Regularibus concedi non solent, nisi prius addito Episcopo testante de viri peritia in ea arte, & de indigentia Medici in ea civitate, vel oppido. Praeter ea exquiruntur etiam pro Regularibus testimonium Superioris Regularis circa mores illius, qui indultum petit. Si vero non praemittatur testimonium Episcopi, adducit tamen Pontifici. Brevis executio Episcopo committitur, qui commissum munus impleturus de his omnibus certiorum se reddere tenetur. *Ibid.* §. 9.

Chirurgiam vero exercere Ecclesiasticis secularibus, 44

& Regularibus longe difficiliter conceditur, & tunc solum cum omni omnino Chirurgus laicus deest; quin & tunc sine adustione, & sectione. *Ibid.* §. 4. *

§. Disserendum paululum de salario Medicorum. Ne licite Medicum debito salario defraudare, legibus constitutum est, ut Magistratus additus hujus rei causa a Medico extra ordinem, ex officio nobili sine figura iudicii, levato, quod ajunt, velo, de salario medici debito jus dicat, *Leg. 1. ff. de extraord. cognit.* Idque si ve aegrotus convalescit, sive mortuus sit. Confer Pez. *ad tit. Cod. de Professor. & Medic. num. 4.* Num autem medicus privilegio aliquo gaudeat in concursu creditorum? Vide Berlich. *part. 1. concl. 64. num. 95. & seq.* Finkelheo in *observat. pract. Observ. 98. num. 3. & seq.* (si sit certum, gaudet, & illico solvitur.)

Quod si Medicus jam accepisset salariam a curando, is autem non vi morbi, sed alio modo, puta ab alio interfectus, perisset, haud tenetur ad accepti restitutionem, *C. 1. §. 13. ff. de Var. & extraord. cognit. leg. penult. & ult. C. de condit. ob caus. Ripa de restit. c. 7. n. 137.*

Pariet si medicum certum salariam quoniam in Republica vel privatim constitutum, isque vita functus sit intra annum, salariam totius anni debetur, propterea quod non mercedem intuitu laborum, sed potius salariam accipit, & per eum non stetit quominus cura defunctus fuerit, *L. 1. §. Divus ff. de extraord. cognit. Carpov. Jurisprud. Forens. part. 2. cap. 51. def. 12. num. 5. Gail. 1. observ. 44. num. 12. (Ad rem lit. M. p. 10. col. 2. in leg. 4. Concordat leg. 9. tit. 8. p. 5. ubi sic stabilitur in Judicibus Curiae, domus regiae officialibus, & magistris scientiam aliquam edocentibus: verum etsi a paritate possit idem asseri de medico, per gloss. 2. & 3. D. Greg. Lopez, consuetudine non obtineri, neque observari proponitur.)*

Medicus, cui constitutum certum salariam in singu-

los dies v. g. X. debetur quo fuit in itinere, argum. textus in *L. 20. ff. de oper. Liber.* Quid si medicus discedat tarda jam hora, an pro integro die salariam exigere queat? Distinguedum, utrum medicus causam protracti itineris dederit necne? Priori casu peti haud potest salariam totius diei a curando; potest vero posteriori casu.

Medicus, qui certum salariam annum v. g. ad tres annos a Communitate constitutum est, si finito locationis tempore pergat mederi, non videtur tacite reconductus; ita ut non contra Communitatem, sed contra eos quos curavit agere debeat; Ripa de *Peste cap. 7. numer. 124.* (In locatione rerum rusticarum, si finito tempore locationis, per tres, aut plures dies Conductor eas habuerit, ad minus per annum reconducta, intelliguntur, ita per *leg. 20. tit. 8. p. 5.*)

De eo magna inter Doctores questio est: an conventa medicum inter aegrotum certa mercede pro curando aliquo morbo, teneatur medicus eadem mercede curare, si aegrotus recidivam patitur? Argumenta utrimque militancia affert Spekhan. *centur. 1. quest. 32.* Contra medicum pronuntiat Perez *ad tit. C. de profess. & Medic. num. 15.* Distinguedum vero est utrum morbus procedat ex nova causa, an recurrat ex iisdem humoribus, & causa. Priori sane casu non tenetur; posteriori vero casu tenetur, modo non appareat reversum esse morbum ex culpa aegroti, ut si contra praepceptum medici vixerit, nec ex intervallo, sed incontinenti sit morbus reversus; Spekhan *ubi supra.* Incontinenti autem quando reversus dicitur quae morbus, non est usquequaque expeditum, utpote certa regula haud definitum, arbitrio Judicis id relinquendum; Ripa de *Peste cap. 7. n. 145.*

De contractibus aegrotorum inter & medicum non inutiliter quoque hic agi posset. Sed longiores essemus, quam additionum angusti limites patiuntur. (Auentis additionibus verbo Aromataria, pag. 233. huic

Si exacte servarentur, quae in peritiam Medicorum comprehendendam, praevienta sunt, nullo ferè in tempore, ignorantiae arguerentur, qui hujus artis professionem consequuntur. Posteaquam Baccalaureatus gradum in philosophia, praesice quacunque Universitate approbata, obtinuerint: per quatuor annorum curricula perfecta Academiam frequentare debent: proque conclusionibus sustentandis se in publico gymnasio praesto cum sint, ad examen pro gradum medicae facultatis consequendo, admittuntur: quibus, si quantum determinatum experitur, sui profectus confertur testimonium. (1) Quid plus appetendum? aliquid adhuc deest ad ejus exercitium: ni in praxi peritiam Medicum duorum annorum spatium comitentur, approbationemque tribunalis, vulgo del *Proto-Medicato* mereuerint, utendi similis arte denegatur facultas: (2) si autem, hisce qualitatibus destituti exercitium perhibuerint, proceditur in eos: alio tempore DD. Philippo III. regnante, pena sex millium marapetinarum, pro vice prima: duodecim pro secunda; pro tertia denique praeter hanc, duobus exulabantur annis. (3) Cum non sufficeret relata assignatio, homines ire contentum, infixa animo nostri D. Regis, ejusdem nominis V. praesidii saluti humanae inde preventis memoria, atque vindicta, qua legum transgressores digni efficiuntur, omnes, nulla facta discretionem, medica; chirurgicae, aut pharmacopolae disciplinae operam navantes, patientur suis respectivis aegionibus quingentorum ducatorum, & relegationis per decem leucas in circuitu loci, ubi sic exercere, penam, pro prima: pro secunda, quadruplicatam pecuniaria, extra provinciamque exilium extenditur: pro tertia, ultra quadruplum, ad Africana Regis opera per sexennium damnantur. (4)

sean examinados por nuestros Proto-Medicos, antes que puedan curar en nuestros reynos: *L. 6. tit. 16. lib. 3. Ibi:* Y que las Justicias tengan cuidado de castigar a los que excedieren, curando mas enfermedades de aquellas para que tuvieren licencia del dicho Proto-Medicato.

(3) *L. 11. ejusd. §. 15.* Que atento que el reyno está lleno de gentes que curan sin licencia, por ser las penas de la pragmática muy leves de seis mil maravedis; cada vez que se les probare haber curado sin licencia, y con libertad, y desacato se atreven a curar publicamente en daño, y perjuicio de los naturales de él: mandamos que la dicha pena sea por la primera vez los dichos seis mil maravedis, por la segunda doce mil maravedis, y aplicados por tercias partes, Juez, denunciador, y arca del Proto-Medicato, y por la tercera, de mas de los dichos doce mil maravedis, dos años de destierro preciso de la Corte, y cinco leguas, y de la ciudad, villa, ó lugar donde succediere:

(4) *Reg. Sched. 22. Novemb. 1737.* Por quanto enterado de los muchos que se introducen a Médicos, Cirujanos, y Boticarios, sin tener las calidades prevenidas en las leyes de estos mis reynos, y de que las Jus-

(1) *Reg. Proviv. 24. Januar. 1770. §. 7.* Que al de Bachiller en Medicina ha de preceder necesariamente el de Bachiller en Artes, y ha de justificar el pretendiente, del modo arriba dicho, haber cursado quatro años enteros la facultad de Medicina, y haber sustentado en ellos a lo menos un acto publico mayor, ó menor. El examen para este Grado ha de hacerse tambien por los tres Catedráticos mas modernos de Medicina, y no habiendo mas que dos, por otro graduado elegido, como queda dicho; ha de ser media hora de leccion, con puntos de veinte y quatro, al texto, ó aforismo que elija el pretendiente entre los tres piques que le tocaren por suerte; responder á los dos argumentos de los Examinadores, de quarto de hora cada uno, y á las preguntas que por el mismo espacio de tiempo le hará el tercero de los Examinadores, los quales votarán tambien secretamente en el mismo General donde se haya hecho el examen.

(2) *L. 13. tit. 7. lib. 1. Ibi:* Y no les den las cartas de Bachilleres hasta que cumplan los dos años de práctica, y traigan testimonio autorizado de ello: y mandamos que los Médicos graduados fuera de estos reynos,

FERRAZ. BIBLIOT. TOM. VI.

huic verb. Suppositis, & verb. Notarius, vers. De secundo casu: *post med.* nulla hic cunctatio offerenda videbatur, cum ultimus status ostendatur; nihilominus quid amplius demonstrabitur, ad minus ut in dictis Codicibus disposita recognoscantur.

Titulus 16. lib. 4. For. Reg. Duas leges solum comprehendit. in una assertur, qd nemine, nisi Physicorum populi, ubi est similis ars exercenda, approbatione, Ordinariorum iudicum annuente precedente, cum Consilii testimonialibus literis, posse hanc professionem in effectum perducere: idem in vulnerum magistris, sermone latino *Chirurgis*, obtinendum venit; approbatione deficiente, si uterque tam medicam quam chirurgicam artem exercuerit, solidis trecentis Regi applicandis tunc temporis multabatur. In altera tractatur de illo professore, qui aegrotum intra certum tempus sanare promisit, nam si mortuus fuerit infirmus, nequit (*leg. 10. in fin. tit. 8. p. 5.*) pretium conventum in iudicio intendere. Vid. etiam *leg. 9. tit. 15. p. 7. verb. Restitutio*, & *leg. 6. tit. 8. ejusd. p. verb. Homicidium*, pagin. 138. col. 2.

Aliquid quoque per *leg. 10. tit. 9. p. 2.* prescribitur: qualitates medicinarum profitentium signantur: de illis physicis loquitur ad Principum salutem conservandam, eorumque aegritudines sanandas destinatis: debent esse in arte periti, experientia ornati, in accidentibus cauti, fideles, & veri: proponuntur rationes, quare in eis hæc requisita inveniri debeant, quia, si peritia deficit, infirmitatum cognitio absdubio deerit: si in-

experti, eorum consilio neutiquam proficiunt: incauti magnis periculis auxilium non præstabunt: fidelitas maxime necessaria, utpote clam operantur: & proditorie delinquere possunt.

Olim juxta *glos. 3. D. Gregor. Lop. ad leg. 3. tit. 18. p. 6.* in qua diversæ numerantur personæ, à tutela, & cura se excusantes, interque eas medici seu physici recensentur, iidem appellabatur *circuatores*, ac *parabolani*, quia aegrotos sanando civitatem circumbant: et si parabolani idem sint ac valetudinarii, seu aegrotorum validudini incumbentes, secundum eandem *gloss.* qui multas habent parabolos, intelliguntur.

Specificæ, ni fallor, nec in codice *Fori Regii*, nec *Septem-Part.* iudices ad dumtaxat cognoscendum de causis ratione excessuum, à dictis professoribus commissorum, suscitatis, non reperuntur: si memoria demandetur *tit. 7. lib. 1. For. Reg. & tit. 4. p. 3.* quilibet assertum comprobabit: solum in *leg. 4. hujus tit.* patet, inter iudicum species, qui ibi referuntur, eos recenseri qui ab omnibus aliquam (*vid. etiam 2. & verb. Judex*) artem profitentibus, sive ab eorum maiore parte ad propria sua artis iudicanda eliguntur, inter quos forsitan consumerari poterant medicam, & chirurgicam exercentes: eo quod ob eam causam, seu intercedente voluntate regia, cui soli competit, iudicium (*Lit. F pag. 92. vers. hisp.* cum *leg. 2. tit. 4. p. 3. Lit. D pag. 46. in addit. hisp. nov. col. 2.*) nominationem efficere, per *leg. 17. tit. 15. lib. 2. Ord. Reg.* tempore DD. Joann. II. promulgatam, de-

Eos, qui ut supra adnotatur, in chirurgica arte sine examine versantur, poenæ prædictæ amplectuntur: ideo aptari videtur, si hic inserantur, quæ eorum usui aditum patefaciant. Praxis informationem cum facultativo approbato per quadriennium exercitæ, vitam, mores, & nullam generis labem continentem, illius territorii, ubi instructi fuerint, Syndico Procuratore audito, debent presentare, qui exercere appetunt in ea; & successive, si in eodem Tribunali approbentur, valebant hujus artis Chirurgicæ peculiarias infirmitates mereri. (1)

Versatus cum Pharmacopola perito per idem tempus, attingens viginthi quinque annorum ætatem, latinitatibus que scientia cum sit præditus, simul ac in eodem prætorio approbationem obtineat, hanc artem ad actum, quilibet sic qualificatus reducere poterit. (2)

ticias, y Consejos los admiten facilmente en sus Pueblos respectivos, sin asegurarse antes de las cartas de examen, y licencias necesarias, como es de su obligacion, naciendo el primer perjuicio de la cortedad de las penas impuestas á los Médicos, Cirujanos y Boticarios, que sin los requisitos precisos se ofrecen, y arrojan á exercer la facultad que no entienden, ni han estudiado; y el segundo de que las Justicias no quedan responsables de la admission. Por decreto de ocho de este mes, señalado de mi Real mano, dirigido al mi Consejo, me he servido resolver, en atencion al interés de la salud pública, á la estimacion correspondiente á cada ciencia y arte, y al castigo que merecen los transgresores de tan importantes leyes, que sin excepcion, á todos los que se encontraren exerciendo de Médicos, Cirujanos ó Boticarios, sin la carta de examen, y licencia de mi Real Proto-Medicato; por la primera vez se les castigue, imponiéndoles la pena de quinientos ducados de vellon, y destierro del lugar donde asistieren, y diez leguas en contorno; por la segunda la de dos mil ducados, y destierro de la provincia; y por la tercera de otros dos mil ducados, y seis años de presidio de Africa, aplicándose las penas pecuniarias por tercias partes, á mi Real Cámara, Proto-Medicato y denunciador: y que en las mismas penas pecuniarias, con la propia aplicacion, y en las demas expresadas, incurran las Justicias que los admitieren en sus Pueblos sin las cartas de examen, y licencia de mi Real Proto-Medicato, que han de quedar registradas en los libros de Cabildo, lo que mandé tuviese entendido el mi Consejo, lo que diere ordenes correspondientes para su puntual cumplimiento, previniendo también de esta mi resolucion al Proto-Medicato, para que en la parte que le toca, cuide y zele su observancia, como lo ha practicado en todos tiempos; lo qual quiero, y es mi voluntad se guarde, cumpla, y execute: Por tanto os mando á todos, y cada uno de vos en vuestros lugares, distritos, Jurisdicciones y partidos,

Pro que luego que recibais esta mi carta hagais se observe, cumpla, y execute su contenido, segun, y como queda expresado, y declarado, y contra su tenor, y forma no vayais, ni paseis, ni consintais ir, ni pasar en manera alguna, antes bien dareis para su inteligencia, y cumplimiento todas las órdenes, despachos y providencias que se requieran, comunicando esta mi real deliberacion á los pueblos de vuestros distritos, y partidos; haciendo se ponga copia de esta mi carta en los libros Capitulares de todas las ciudades, villas y lugares, para que en todo tiempo conste, y se practique inviolablemente la expresada mi resolucion, por convenir así á mi real servicio, causa pública, y ser mi voluntad.

(1) *L. 13. tit. 7. lib. 1. Ibi:* Y mandamos, que los Cirujanos no sean admitidos por nuestros Proto-Médicos á examen de cirugía, sin que primero traigan testimonio de como lo han practicado en algun hospital: *L. 7. tit. 16. lib. 3. §. 4.* No admitan á examen á ningun Cirujano, si antes no les constare por bastante informacion hecha en pública forma, que ha practicado quatro años cumplidos en alguna ciudad, villa ó lugar, ó hospital con Médico ó Cirujano graduado por alguna de las Universidades aprobadas, la qual probanza no sea recibida, ni haga fé, si no viniere fecha por mandado del Corregidor, ó Alcalde de la misma ciudad, ó parte donde practico, y firmada del tal Juez:...

(2) *L. 5. §. 5.* No admitiran á examen á ningun Boticario que no sepa latin, sin que primero conste por bastante informacion fecha segun se dice en capítulo precedente, que ha practicado quatro años cumplidos con Boticarios examinados, y aprobados, y que tiene veinte y cinco años de edad, y en todo guardarán lo mas que está proveido por las leyes, y pragmáticas: *Remis. 4. ejusd.* Los Boticarios no sean admitidos á examen, si no supieren latin, y hubieren practicado quatro años. *Remis. 2. ejusd.* Los Boticarios tengan veinte y cinco años de edad:...

L.

cernitur, tamquam in ordinariæ jurisdictionis præjudicium, similium iudicium videlicet pro medicis, chirurgis, aliisque officiis creationem revocari, insuper stabiliendo, horum neminem absque principis venia talia munera ad usum revocare posse: ideo, privato cum habitu præsupponat, fit patens, superiori ætate ad jus ferendum de rebus ad hujusmodi professiones pertinentibus certas fuisse personas destinatas.

Post hæc in codice Recop. Castellæ expressus titulus de *Prothomediis* est insertus, scilicet *lib. 3. undecim leges complectens*, in quibus variationes notantur circa methodum in examinibus eorum professorum perficiendis, nimirum omnium medicinarum, chirurgiarum, phlebotomiarum profitentium, necnon exercitium aromatopolæ, pharmacopolæ, & herbarum peritæ assumere volentium: eisdem Prothomediis etiam jurisdictionem conceditur, ut possint causas in omnibus ad similia munia spectantibus efferre, cognoscere, & judicare: ordo præscribitur examen efficiendi, & examinandum qualitates proponuntur: licentia prædictis professoribus concessæ ante Ordinarios iudices presentandæ; nil magis præter ea necessarium inseri videtur, præsentibus additionibus, in proemio hujus adnotationis animadvertis; dumtaxat meminisse oportet, prænotatis undecim leges, Regibus Catholicis D. D. Ferdinando, & Elisabetha, filia, nepote, pronepote, atque eorum trinepote regnantibus, publicationem meruisse.)

MELCHISEDECH REX, & Sacerdos.

MELCHISEDECH Chananaus fuit, & Rex Hierusalem, ut expresse tradit eruditiss. Card. Lambert. ex post Benedictus XIV. *De Sacrificio Missæ sect. 2. num. 287.* ibi: "Vera sententia est, Melchisedechum gentem Chananaum fuisse, Regem Salem, quod idem est ac Hierosolymæ, ut ostendit Calmetus in dissertatione de Melchisedech." Quod & tradit sapientissimus Tirus in *cap. 14. num. 17. Genes.* ibi: "Sed fuit Princeps aliquis & Regulus gentilis è gente Cananæ, Rex Salem, seu Hierosolyma, ut est in Chaldeo, quam & illum condidisse Josephus affirmat; & Fidelium

Pro corollario equidem nihil superaddendum deficit, nisi quid leges Indicæ disponant, adiciatur. Viam suam Castellæ determinationes illis dominis retinent. (1) Præceptum dumtaxat advertitur, triplicem esse Prothomedicorum speciem. Qui in possessionem Cathedræ, hispano sermone de *Prima* in Mexicana, aut Limensi Universitate hujus artis venerit, unam constituit, nam hanc obtinentes, prærogativa Prothomedicorum pro suo territorio funguntur; (2) alia est eorum, qui ad easdem Insulas sub universali titulo ob herbarum notitiam, aliarumque notabilium inquisitionem, mittuntur, quibus omnis examinandi conceditur facultas; (3) in tertia vero, particulares Prothomedici eisdem provinciis residentes includuntur, quibus suum munus exercendi facultas est concessa, dummodo in mensem Prothomedici generalis suam falcem non mittant. (4)

(1) *L. 4. t. 6. l. 5. Ind.* Mandamos que no se consienta en las Indias á ningun género de personas curas de medicina, ni cirugía, sino hubieren los grados, y licencia del Proto-Medicato, que disponen las leyes, que ha de constar por recáudos legitimos. Y ordenamos á los Fiscales de nuestras Audiencias, que sobre esto pidan lo que convenga: y que en las residencias se haga cargo á los Ministros por la omision en averiguar, y executar lo ordenado, y así se guarde. *L. 5. ejusd.* Los prohibidos de ser Médicos, Cirujanos, y Boticarios por leyes, y pragmáticas de estos Reynos de Castilla, tengan la misma prohibicion en las Indias; y ninguno se intitule Doctor, Maestro, ó Bachiller, sin ser examinado, y graduado en Universidad aprobada, y el que contravinieren incurra en las penas establecidas por derecho.

(2) *L. 3. ejusd.* Es nuestra merced, y voluntad que el Proto-Medicato de la Nueva España esté unido, y anexo á la Cátedra de Prima de Medicina de la Universidad de Mexico, y que su jurisdiccion se extienda á la Puebla de los Angeles, y Puerto de Vera Cruz, con todo lo demas que se comprehende en el nombre de

"(qui tum ipsius, tum aliorum opera istic reperiebantur) Doctor, Sacerdos, Pastor: ita S. Dionysius, Hippolytus, Irenæus, uterque Eusebius Apollinarius, & alii cum plerisque recentioribus. Addunt S. Ignatius, & Suidas, Melchisedech semper virginem permansisse. Unde & in hoc typum gessit Christi, ut & in nomine etymo, in officio, in Sacerdotio, in Sacrificio, de quibus fuse ad Hebræos 7. & Psalm. 109."

Hic Melchisedech fuit revera Sacerdos, & quia Sacerdos erat, panem & vinum obtulit: *Gen. 14. num. 18. Proferens panem & vinum; erat enim Sacerdos Dei Altissimi.* Et Apost. *ad Hebr. 7.* asserit, Melchisedechum non solum Christi figuram fuisse, ut Aaron, sed insuper dicit, Christum Sacerdotem fuisse non secundum Ordinem Aaron, qui offerebat sacrificia cruenta, sed secundum ordinem Melchisedech, qui obtulit sacrificium incrementum, proferens panem, & vinum: Unde & Christus, ut palam faceret, se Sacerdotem esse secundum ordinem Melchisedech, ubi Deus per Davidem de illo prædixerat *Psal. 109. vers. 3.* sub iisdem speciebus panis & vini suum quoque Sacrificium in ultima cena incrementum instruit. Ita omnes tam Sancti Patres, quam Doctores Scholastici.

Melchisedech sine patre, sine matre, sine genealogia traditur ab Apostolo *ad Hebr. cap. 6. vers. 3.* non quod his caruerit, sed quod nobis ignoti sint, cum nulla sive avorum, sive parentum ejus memoria fiat in Scripturis, quæ non Gentilium (qualis erat Melchisedech unus ex Regibus Chananaeorum, teste Josepho, S. Dionysio, Epiphano, Theodoro) sed solum hebraeorum genus, & historiam pertexerunt; ut recte observat laudatus Tirus in *epist. ad Hebr. cap. 7. 3.* Calmetus tamen in Dictionario *verb. Melchisedech:* refert, quod ætate Sancti Epiphanius fuerunt, qui parentes Melchisedech designarent, *Heracliam* nempe, sive *Heracliam* patrem illius, matrem verò *Astaroth*, sive *Astariam* appellantes. Catena Arabica in *Gen. 9.* ejus genealogiam paternam ex Sem, maternam ex Japhet derivans, Heracliam, sive Heracliam patrem Melchisedech, filium, seu nepotem Phaleg; filium verò Haber facit, matrem vero, quam *Salathiel* appellat, filiam tradit Homer filio Japhet. Josephus Gorionides, Hebræus scriptor circa undecimum seculum, Melchisedechio alterum nomen, Joram nempe inducit *lib. 6. cap. 31.* sydsque ejus ortu prædens, Sadech (planta est Jovis) appellat; urbem tandem

Nueva España: y el Proto-Medicato del Perú, Panamá, Portobelo, y lo que se comprehende en el nombre de Provincias del Perú, esté de la misma forma unido á la Cátedra de Prima de la Universidad de Lima. Y mandamos que los Catedráticos de Prima por el tiempo que regenten estas Cátedras, sean Proto-Médicos, y pidan á las Juntas, y concurrencias, y hagan todo lo demas que pertenece al exercicio de Proto-Médicos.

(3) *L. 1. ejusd. Ibi:* Se han de informar donde llegaren de todos los Médicos, Cirujanos, Herbolarios Españoles, é Indios, y otras personas curiosas en esta facultad, y que les pareciere podrán entender, y saber algo, y tomar relacion de ellos generalmente de todas yervas, árboles, plantas, y semillas medicinales:...

(4) *L. ead. Ibi:* Los otros Proto-Médicos que no son generales, y en virtud de nuestras órdenes residen en aquellas Provincias, no han de usar el oficio todo el tiempo que los Generales residieren en esta facultad, de aquella Audiencia; pero fuera de él, y jurisdiccion de las demas Audiencias, podrán exercer. *Vid. verb. Aromataria.*

dem cui præerat, primum febur, deinde Cedeob, postea Salem, tandem Hierusalem, denominatam testatur. Hæc ille, qui plura adhuc ad rem ibi tradit.

MELIORAMENTA.

SUMMARIUM.

- 1 MELIORAMENTA rei alia dicuntur intrinseca, & alia extrinseca, & que utraque sint.
- 2 Melioramenta rei alia dicuntur necessaria, alia utilia, & alia voluptuaria.
- 3 Melioramenta necessaria que sint.
- 4 Melioramenta necessaria refici debent cuicumque melioranti, etiam possessori male fidei, & injusto.
- 5 Et persolvi debent in ea quantitate, que fuit impensa, nulla servata ratione meliorati, & impensi.
- 6 Melioramenta utilia que sint.
- 7 Melioramenta utilia facta à possessore bona fidei sunt illi restituenda.
- 8 Si vero sint facta à possessore male fidei repeti non possunt.
- 9 Melioramenta voluptuaria que sunt.
- 10 Melioramenta voluptuaria refici non debent.
- 11 Que sint melioramenta voluptuaria ex relationibus peritorum deducitur.
- 12 Melioramenta, ut repeti possint, debet de eis liquide constare tum in genere, tum in specie.
- 13 Unde, ut melioramenta, & sumptus repeti possint, duo copulative sunt distincte probanda, id est, tantum fuisse insumptum, & tantum fuisse melioratum.
- 14 In melioramentis, & expensis repetendis, semper attenditur quod minus est, sive illud minus sit insumptum, sive melioratum.
- 15 Melioramenta bona fide facta possunt recuperari, vel excipiendo ante sententiam, vel officium iudicis post sententiam implorando; qua actio competat, ad num. 17.
- 16 Melioramenta, si sint probata in genere tantum, non dant retentionem rei meliorata, nec retardant immisionem, sed succurritur bonæ fidei possessori per cautionem de illis reficiendis liquidatione facta.
- 17 Melioramenta mala fide facta, si sint necessaria, possunt repeti.
- 18 Secus autem, si sint tantum utilia: casus contrarii proponuntur, ad num. 26.

MELIORAMENTA rei alia dicuntur intrinseca, & alia extrinseca. Melioramenta intrinseca sunt illa, quæ quasi transeunt in rem, quam meliorem efficiunt, ut stercoatio agri, implantatio arborum, si radices fixerint, & hujusmodi. Extrinseca sunt illa, quæ tantum extrinsece adherent, & salva re, separari possunt, ut picture, januæ, fenestæ, domuncula movibilibus, quæ solo alieno imponitur, & similia.

2 Rursus melioramenta alia dicuntur necessaria, alia utilia, & alia voluptuaria, communis. Melioramenta necessaria dicuntur illa, sine quibus res peritura esset, vel deterioratura, vel nullos, aut non ordinarios fructus afferret, & quantum omissio imputanda esset omittenti; communis cum Rota part. 1. recent. decet. 6. num. 1. seq. part. 15. decis. 191. num. 25. part. 18. tom. 2. dec. 307. num. 8. part. 15. decis. 223. num. 15. part. 9. tom. 1. decis. 318. num. 14. part. 18. tom. 3. decis. 564. num. 4. & decis. 611. num. 3. Et persolvi debent in ea quantitate, quæ fuit impensa, nulla servata ratione meliorati, & impensi. Rota part. 18. tom. 2. decis. 397. num. 20. decis. 398. num. 20. & decis. 536. n. 10. & sequent.

6 Melioramenta utilia dicuntur illa, quæ faciunt, ut res sit utilior, sive ut plures fructus afferat, v. gr.

si ager cum necessariis expensis de more afferat 10. modia tritici, & cum aliis 12. modia; hæc expensa sunt utiles, & dicuntur melioramenta utilia; cum sic augeant valorem rei, ejusque fructus; communis cum Rota part. 12. recent. dec. 203. num. 21. & seq. part. 14. dec. 12. num. 8. part. 15. decis. 191. num. 25. Melioramenta utilia facta à possessore bonæ fidei sunt illi restituenda; Rota part. 2. recent. dec. 356. num. 1. part. 14. tit. 1. dec. 64. num. 1. Si vero sint facta à possessore male fidei, repeti non possunt, sicuti non sunt reficienda melioramenta excessiva, & consulto facta; Rota part. 11. recent. dec. 2. num. 34. part. 22. decis. 307. num. 21. & 12.

Melioramenta voluptuaria dicuntur illa, quæ fructus rei non augent, sed tantum conferunt ad ornamentum, vel ad delicias, uti id, quod impenditur ad picturas, statuas, artificiosos fontes, delitiosa viridaria, & hujusmodi; communis cum Rota part. 2. rec. dec. 650. num. 4. part. 11. dec. 317. num. 18. part. 12. dec. 233. num. 16. Melioramenta voluptuaria refici non debent; Rota part. 9. num. 1. dec. 7. num. 11. part. 10. dec. 219. num. 25. part. 11. dec. 317. num. 15. part. 12. dec. 203. num. 21. part. 14. decis. 22. num. 8. part. 16. decis. 237. num. 2. Quæ vero sint voluptuaria, ex relationibus Peritorum deducitur; Rota part. 11. recent. dec. 317. num. 17.

Melioramenta ut repeti possint, debet de eis liquide constare, tum in genere, tum in specie; communis cum Rota part. 2. decis. 161. num. 2. part. 5. tom. 2. decis. 470. num. 7. part. 14. decis. 19. num. 14. Unde, ut melioramenta, & sumptus repeti possint, duo copulative sunt distincte probanda; id est, tantum fuisse insumptum, & tantum fuisse melioratum, cum dominus rei meliorata electionem habeat reficiendi, quod minus est inter impensum, & res facta sit pretiosior in centum quinquaginta, non reficiuntur nisi centum impensa, quia in illis centum dumtaxat concurrunt duo dicta requisita, scilicet tantum impensum, & tantum melioratum; in quinquaginta vero, in quibus melioramenta excedunt impensam non concurrunt illud requisitum, quod tantumdem fuerit impensum, quia in illis nihil impensum fuit. Et est converso si sint impensa centum quinquaginta, & res facta sit pretiosior in centum, reficiuntur solum illa centum meliorata, quia in quinquaginta, in quibus impensa excedunt melioramenta, non verificatur illud requisitum, quod tantumdem fuerit melioratum, cum pro illa summa nihil melioratum fuerit, & dominus rei meliorata electionem habeat reficiendi, quod minus est inter impensum, & melioratum; communis cum Rota part. 2. decis. 650. num. 2. part. 9. tom. 2. dec. 318. num. 17. part. 11. dec. 363. num. 12. part. 12. dec. 17. num. 21. part. 13. dec. 109. num. 19. dec. 288. num. 20. part. 14. dec. 405. num. 17. part. 15. decis. 119. num. 1. decis. 191. num. 1. part. 17. decis. 224. num. 20. & decis. 250. num. 8. & sepe alibi per textum incip. Requirivit. De in integrum restitutione, cap. Ad nostram 11. de rebus eccl. non alienand. l. Paulus. & Domus ff. de Pignoriis, & l. Domos ff. de Legat. 1.

Unde regula communis, & generalis est, quod in melioramentis, & expensis repetendis semper attenditur, quod minus est, sive illud minus sit insumptum, sive melioratum; l. In fundo vers. Et si plus ff. de rei vindicat. & ibi Glossa communiter recepta in vers. Plus pretio, dicens, si est impensa decem, & melioratio quindecim, repetuntur sola decem; item si decem impensa, & melioratio quinque, sola quinque repetuntur; Fagnan. in cap. Requirivit. l. de in integrum restitutione num. 21. ubi pluribus citatis testatur de communi.

Melioramenta bona fide facta possunt recuperari, vel excipiendo ante sententiam, vel officium iudicis post sententiam implorando, Baldus consil. 257. Titius emit fundum in princ. lib. 1. Fagnanus loc. cit. num. 27. & alii passim. Et interiri qui bona fide fecit melioramenta, habet retentionem rei meliorata; donec de melioramentis fuerit integre satisfactus; l. Si area in fin. ff. Cond.

Cond. indeb. & l. Paulus ff. de dol. mal. except. & expresse Rota p. 4. recent. tom. 1. dec. 206. n. 1. decis. 513. n. 4. p. 10. dec. 113. n. 5. part. 18. tom. 1. dec. 237. n. 1. dec. 320. n. 1. part. 19. tom. 1. dec. 380. n. 38. & part. 19. tom. 2. dec. 614. n. 1.

Ad effectum tamen obtinendi retentionem rei meliorata pro melioramentis, debet necessariò de illis constare; Rota part. 14. rec. dec. 405. num. 2. part. 18. tom. 1. decis. 320. n. 2. Adeoque retentio non datur pro melioramentis, de quibus nec in genere, nec in specie constat; Rota part. 3. dec. 378. num. 1. part. 12. dec. 97. num. 20. part. 19. tom. 1. dec. 332. num. 18. Fagnan. loc. cit. n. & alii passim.

Melioramenta, si sint probata in genere tantum, non dant retentionem rei meliorata, nec retardant immisionem, sed succurritur bonæ fidei possessori per cautionem de illis reficiendis, liquidatione facta; Rota p. 4. tom. 2. dec. 127. num. 7. & 8. part. 13. dec. 521. num. 17. & sepe alibi; Puteus dec. 461. lib. 2. Fagnan. l. e. n. 33. cum aliis ibi citatis.

Melioramenta mala fide facta, si sint necessaria, possunt repeti, Rota part. 7. rec. dec. 203. numer. 15. part. 9. tom. 1. decis. 318. numer. 14. part. 18. tom. 2. dec. 564. num. 4. & patet ex dictis supra num. 4. & 5. Secus autem si sint tantum utilia; l. Domus in fine 6. de rei vind. & cap. Requirivit. l. De in integrum restit. à sensu contrario ibi: Quos bona fide fecerant; Fagnan. ibid. num. 34. & 42. cum aliis ibi citatis & expresse Rota part. 11. rec. dec. 2. num. 37. p. 12. dec. 307. n. 21. & 22. & 23.

Hinc si quis scilenter in solo alieno inædificavit, sumptus non repetit, & inædificatum cedit domino soli, ut l. Si quis sciens, cod. de rei vindicat. & §. Ex diverso, inst. de rerum div. Rota part. 6. recent. num. 5. & 45. Qui enim, non obstante quod sciverit solum esse alienum, adhuc inibi ædificium construxit, sua voluntate amissis proprietatem materie intelligitur, d. §. Ex diverso, & l. Adeo §. Ex diverso ff. de acquir. rer. domin. & sic ædificanti obijci potest, quod temere ædificavit in eo solo, quod certo sciebat esse alienum, ut dicitur in §. Certe, instit. de rer. div.

Ita melioramenta facta in re fideicommissio subjecta ab eo, qui rem illam, sciens esse fideicommissio subjectam, emit, propter ejus malam fidem, non possunt repeti, ut l. final. §. fin. cod. commun. de legat. & ibi Doc-

tores communiter, teste Fagnano loc. c. n. 36. Item qui scilenter emit rem subjectam retractui, eamque melioravit, propter ejus malam fidem non potest alia melioramenta repetere; Igneus in l. Dudum n. 40. cod. de contrah. empr. Fagnan. l. c. n. 37. & alii passim. Item usufructuarius non acquirit dominium meliorationum, quas scienter facit, nec potest sumptus repetere; Rota p. 6. recent. dec. 116. n. 9. Fagnan. l. c. n. 38. per text. in l. Usufructuarius 61. ff. de usufruc. & l. Usufructuarius 68. ff. cod. Potest tamen usufructuarius repetere expensas necessarias, & quæ ad perpetuam proprietatis utilitatem pertinent, Rota cit. part. 6. dec. 116. n. 36. & seq. ubi pluribus adductis dicit esse communem. Idem procedit in patre usufructuario meliorante bona adventitia filiorum; quo casu melioramenta spectant ad filios, & pater solum repetit expensas; Rota cit. part. 6. dec. 116. num. 11. ubi pluribus adductis dicitur quod expensarum repetitio est privilegio patri videtur concessa ratione legitime administrationis, quam habet in bonis filiorum.

Melioramenta facta à gravato in bonis fideicommissio subjectis, non veniunt in restitutione fideicommissi, sed per via detractionis remanent libera ipsi hædi gravato; Rota dec. 344. num. 2. vers. Et non comprehenduntur part. 4. divers. & eadem Rota part. 6. rec. 116. num. 23. (Leg. 46. Taur. 6. tit. 7. lib. 5.)

Melioramenta, quæ sunt ab emphyteuta, vel feudatario facta, non dicuntur feudalia, aut emphyteutica, etiamsi principale subjectum sit feudale, vel emphyteuticum; sed transeunt ad hæredes, & successores emphyteute, vel feudatarii meliorantis; Rota part. 2. recent. dec. 349. num. 1. & part. 6. dec. 11. dec. 25. & 26. Card. de Luca de legat. dist. 34. n. 34. & 35.

Melioramenta, quæ sine læsione prioris status rei locatæ possunt amoveri, semper conductorum sunt restituenda; Rota part. 18. rec. tit. 2. dec. 608. n. 4. Alia quoad melioramenta facta à conductore in re sibi locata. Vide verb. Locatio ad num. 23. ad 25. inclusive.

Melioramenta facta ab emphyteuta, quando possint repeti, vel non, vide verb. Emphyteus art. 2. à n. 7. ad 15. inclusive.

Melioramenta facta per Beneficiatum ex bonis patrimonialibus, detrahuntur per hæredem; secus si ex fructibus beneficii, quia pertinent ad ecclesiam, cum ecclesie succedat tamquam beneficiati hæres in bonis, quæ ecclesie occasione quæsitæ sunt; Card. de Luca discursu

Cum possessoris sumptibus in prædiis rusticis, vel urbanis melioramenta quælibet ex relatis ab A. fieri valeant, tam ædificando, de novove plantando, quam reficiendo: venit attendendum, quod in casu ædificii, novave plantationis, cuilibet bonæ fidei possessori, à domino fundi devicto, competens erit non solum rei melioratae repleatio pro talibus expensis necessariis relatis num. 1. & 19. verum etiam earundem retentio: tamen non aliter, quam ex computatione, sive deductione fructuum faciendæ ex re perceptorum. (1) At verò si dominus devincens, propter ejus inopiam insolvens fuerit, solutus ille obligatione manebit: poterit equidem, qui tales fecerit impensas illas deducere, aut secum ferre, prout maluerit: (2) bona autem absente fide tunc, habita tamen emptionis, acquisitionisve tempore, retinere nequam rem valebit, nec illam sumptibus recuperare: at verò liberum erit ei, et secum ferre quod talis. (3)

Si nihil novum, sed prædium tantummodo reficit quilibet justo titulo possessor, nulla habita consideratione ad fidem, rem melioratam haud tradere debet, usquequò reintegratus in expensis necessariis maneat, deduc-

(1) L. 41. tit. 28. p. 3. Heredades agenas compran ó ganan los omes á buena fé, é despues que las han compradas facen, y de nuevo alguna cosa, asi como torre, ó casa, ú otro edificio: é vienen despues deo los verdaderos Señores, é venciemos en juicio de aquello que asi han ganado. E porque puede acaescer contienda entre los omes si las despensas que asi fuesen fechas, debren cobrar, ó non los que las fciéron: decimos que ante que sea entregado de la casa, é de la heredad, el que la venciere, asi como sobredicho es, que sea tenuto de tornar al otro todas las despensas que oviere fecho de nuevo en ella. Cá pues que ovo buena fé en ganar la cosa, é labró en ella, asi como en lo suyo, derecho es que cobre aquello que y despendió en esta manera. Empero si algunos frutos, ó rentas, ó esquilmos ovo de la heredad, pues que quiere cobrar las despensas asi como sobredicho es, dere-

cho es que descuente en ellas aquello que ganó ó esquilmo de la heredad: (2) L. ead. ibi: Mas si por aventura el Señor de la heredad que la venciere en juicio fuese tan pobre, que non pudiese pagar al otro las despensas que y oviere fecho nuevamente, maguer quisiese vender todo quanto avia: decimos que estonce no sería tenuto de las pagar. Mas el otro que las habia de cobrar puede sacar de la casa, ó de la otra heredad aquello que y metió, ó labró, é llevarlo ende, é facer de ello su pro: (3) L. ead. ibi: Eso mesmo decimos que sería si aquel que fizo la labor de nuevo en la casa, ó en la heredad agena, ovo buena fé quando la ganó, é ante que comenzase á labrar ovo mala fé, sabiendo que aquel de quien la ganó non avia derecho de la enagenar. Cá si despues deo lo venciere el verda dero Señor por